29. Nunc de statu oculorum disputandum est. cum sine ulla pravitate sunt oculi et statum [non] obtinent rectum, optimum mentis indicant statum. oculi ad superiorem partem conversi insaniam declarant, sed et voracem venerique ac vino deditum ostendunt. praeterea si et tremor eos exagitet, quae praedicta sunt vitia erunt in his vehementiora. nam et ἐπιληψίᾳ non carebunt. idem oculi qui ad superna versi sunt, si etiam pallidi fuerint, immites, homicidas faciunt; si subrubeant et magni sint, vinolentos, aleae deditos, furiosos in mulieribus, intemperatos lingua, promptissimos ad clamorem ostendunt. summa autem

---

1. veritatem] in alio virtutem *in marg. c* sapientiam veritatem *S om. E (et Rosius)* (*Ad. p. 323, 4 εὐθυέπειαν*) virtutem *om. LCz* (*Adam. ἀνδρείαν*) 2. iuxta] circa *C* in *y* proniores] promtiores *S* 3. Nunc — est *rubr. L om. x* 4. cum] cum autem *E* ulla] aliqua *y* pravitate] parvitate *x* non *delevi Rosio auctore* 5. obtinent] optinent *Cz* rectum] certum *Lx correxi* (*Ad. p. 315, 3 ὀρθὴ στάσις*) 6. declarant] declarat *S* 7. sed] et sed *H* venerique ac vino] vinoque atque veneri *H* ac] et *E* ac vino deditum] deditum et vino *S* vino] In alio: viciis *e* 9. his] eis *y* 10. ἐπιληψίᾳ] επγαмγа *L* pyacya *C* inania enyadama *E* In alio. Nam et enyaya *e* epiamia *S* e epilemsia Πναπuacια *H* idem] item *E* superna] superiora *E* 11. versi sunt] sunt versi *C* si etiam] etiam si *E* etiam] et *C* immites] inmites *LES* 12. subrubeant] subrubei sunt *S* sint *Rosius* sunt *LCEH* *om. S* vinolentos, aleae deditos] alee deditos violentos *E* 13. mulieribus] multis *H* in mulieribus intemperatos *Rosius num* mulieres? lingua] *num* linguae? lingua promptissimos *Rosius* 14. promptissimos] promtissimos *CS* autem horum *om. E*

horum omnium vitiorum in huiusmodi oculis insania est. oculi deorsum conversi tanquam occidentes eo addunt, quod immites faciant et implacabiles. si autem ad superna conversus fuerit alter — nam et huiusmodi species oculorum plerumque reperta est — et accedat huic tremor ac supercilia subregantur et anhelitus sit asperior ac spissior, de hoc pronuntiandum est, quod sit *ἐπιληπτικός*.

30. Oculi pravi si ad dextram se conferant, stultitiae, si ad sinistram, libidini deditum arguunt. cum autem pravi sunt oculi, si inter se conveniunt et iuxta nares utrique sibimet occurrunt, venerium signum est.

---

1. horum omnium vitiorum] omnium vitiorum horum *C* omnium horum *S* in — 2 est] insania est in oculis *S* huiusmodi *om. H* 2. conversi] versi *Cz* tanquam] tamquam *LH* 3. addunt] accedunt *Lx correxi* quod] quo *E* immites] inmites *LS* faciant] faciunt *x* implacabiles] inplacabiles *LE* in placabiles *S* si autem] In alio. si ad superiora conversus fuerit alter epilenticus *e* 4. superna] superiora *z* et] et michi *H* huiusmodi] huius *H* 5. plerumque] plerunque *E* plerisque *C* in plerisque *H* reperta] reperta temperata *S* 6. huic] huic rei *H* tremor] tumor *C* timor *y* In alio. tremor *e* ac] et *EH* subregantur] sub regantur *L* subtegantur *C* subrigantur *y (et Rosius)* anhelitus] anelitus *E* 7. asperior] superior *Lx corr. Rosius (Ad. p. 316, 7 ἄσθμα τραχύ)* asperior ac spissior] spissior superior *E* pronuntiandum] pronunciandum *Ly* 8. *ἐπιληπτικός*] epianticos. magis contrarius *επγαντικωc L* epyanrkolie *C* epilenticos antyRoyc *E* ·εηγαητικοc· i· epilentitus *S* ЦПЛЬР-ТУКОС *H* 9. pravi] parvi *ES* praeparvi *H* dextram] dexteram *LEH* stultitiae] stulticiae *LH* 10. arguunt] ostendit *S* 11. pravi] parvi *CES* inter se] introrsum (*Ad. p. 317, 1 εἰς τὸ ἐντὸς*)? *cf. § 85; 86; 97; ad p. 89, 9* in se conveniunt] conveniant *E* 12. utrique] uterque *CES* utrinque *Rosius* occurrunt] occurrat *CE* venerium signum est] signum est venerium *H* signum est venereum *S* venerium] veneris *CE*

et quanto magis humidi fuerint et si plerumque palpebras iungunt, veneri et amori gratos et obnoxios profitentur. si autem sicciores et patuli fuerint, impudentiae et iniquitatis esse designant. si trementes fuerint, nihil non audebunt quod iniquum sit et improbum.

31. Cavi [igitur] nimium oculi, quantum ad generalem regulam pertinet, in deterioribus signis habentur. verum si idem submoveantur, ut aqua ⟨in⟩ conceptaculo semipleno movetur, et magni sint, si nullum signum aliud molestum interveniat, non sunt recusandi. nam quod cavi sunt, mali nota est; quod maiores et humidi sunt, revocat ac reformat vitium. oculi cavi

---

1. quanto magis] quantomagis *L* plerumque palpebras] palpebras plerique *CE* plerumque] plerique *S* 2. obnoxios] obnoxii *S* 3. impudentiae] et impudentiae *C* inpudentiae *S* In alio. inpudentiam et iniquitatem ostendunt *e* 4. esse] *accusativus, unde genetivi pendeant, ut* totos, *de-esse vel* iniquitati studentes *scribendum videtur* trementes] In alio. si trementes iniqui, inprobi audaces *e* 5. fuerint *om. z* nihil] nichil *LCz, del. c* *om. E* iniquum] non iniquum *LE* improbum] in probum *LCE* 7. *ante* Cavi *titulus* De Cavis oculis *in L,* De oculis cavis *in H* igitur *om. C, recte, ut videtur* 8. in deterioribus] de interioribus *C, inter* in *et* te *suprascr.* de *c* 9. si idem] In alio. si idem sic moveatur, ut aqua concepta semipleno oculo moveatur *e* submoveantur] sic moveantur *L* summoveantur *H* ⟨in⟩ *inserui* (*Ad. p. 324, 2 ἐν ἀγγείῳ*) conceptaculo semipleno] semipleno concepta oculo *E* conceptaculo] concepta oculo *x* 10. semipleno] semini pleno *C* semiplena *H* movetur] moventur *E* sint] sunt *E* 11. signum aliud] aliud signum *EH* molestum interveniat] interveniat molestum *E* 12. quod cavi] quidem cavi *C, corr. in* quod concavi *c* cavi] concavi *E* mali nota est] nota est mali *H* quod] quodsi *C* et humidi sunt] sunt et humidi *E* 13. revocat — p. 48, 1 sunt atque *om. C, in marg. add. c* ac] et *cy* reformat] refrenat *H* cavi parvi] parvi cavi *cE*

parvi subdoli sunt atque invidi; si accedat et siccitas, etiam infideles facit et proditores et sacrilegos; sed cum rigidi sunt, insaniae arguunt. diffluentes similiter dolorum et malignitatis signa sunt. qui in obscuritate diffluunt, stulti sunt. oculi cavi nimium mediae magnitudinis χαροποὶ sicci rigidi praeterea si habeant supercilia lata tanquam genis imminentia et circa oculos pallorem atque livorem, impudentem, malignum, potentibus inimicum, concinnatorem negotiorum atque causarum, nunquam quietum, nunquam non mali aliquid cogitantem declarant. Palemon auctor etiam hac de causa huius ⟨speciei⟩ exemplum in libro suo extulit ex homine suorum temporum.

32. Alti atque elati oculi in deterioribus signis

---

2. etiam] et *S* proditores] In alio. prodigos *e* sed] Et *z* 3. insaniae] in saniae *L* diffluentes] defluentes *CE* 4. dolorum] doloris *LCES* doli *Rosius correxi coll. p. 36, 7; 43, 10; 50, 5; 53, 14 al.* in] *num* cum (*Ad. p. 325, 4 ἅμα ὑγρότητι*), *etsi auctor ἀμαυρότητι pro ἅμα ὑγρότητι legit?* 5. diffluunt] defluunt *E* deficiunt *C*, defluunt *in marg. c* 6. χαροποὶ] XPONOỲ *L* χρονοὺ *CH* χρονοι· *S* xapotoy *E* rigidi] et rigidi *E* habeant] habent *x* 7. tanquam] tamquam *L* imminentia] iminentia *ES* et *om. C, inser. c* 8. atque] et *E* impudentem] inpudentem *E* in pudentem *S* 9. potentibus] parentibus *z* In alio. parentibus ĭctum *e* inimicum] iunctum *LCES* inobedientem *H correxi coll. vers. arab. p. 138, 9* concinnatorem] coinquinatorem *E et in marg. c (et Rosius)* In alio. concinnatorem *e* atque] et *E* 10. nunquam non] non numquam *L* non nunquam *E* In alio. nunquam non mali *e* non *om. C* mali aliquid] aliquid mali *H* aliquid *om. S* 11. declarant] declarat *E* ostendit *S* etiam] est etiam *S* est. et *H* 12. hac] hanc *S* hac etiam *H* ⟨speciei⟩ *inserui coll. p. 43, 3* in — 13 temporum] ex homine suorum temporum in libro suo intulit *E* 13. extulit] posuit *C* ex] et ex *H* 14. *ante* Alti *titulus* De oculis altis et elatis et aliis multimodis *in H* atque] et *H*

habendi sunt, sed ubi tumor circum oculos paulatim attollitur, insania inhabitat; ubi ambitus oculi cavus tanquam fossa est, subdolam mentem insidiosamque declarat. prominentes oculi sanguinolenti temulentum hominem asseverant, glauci iniustum et stolidum et plus quam stolidum, si superioribus ciliis onerentur ac praegraventur. si autem promineant et sicci sint ..... una species prominentium bona est oculorum: si magni sint nitentes perlucidi humidi, iustum, docilem, prudentem, amatorem indicant. tales existimantur oculi Socratis philosophi fuisse, quem Apollo Pythius prudentissimum pronuntiavit. oculi nimium prominentes rubicundi parvi incompotem mentis hominem et linguae effrenatae, sed nec corpore stabilem

---

1. sunt *om. S* tumor] furor. tumor *LS* tumor furor *sed* furor *postea del. C* circum] circa *ES* 3. tanquam] tamquam *LH* insidiosamque *in marg. c,* invidiosamque *C* 4. temulentum] temulentus *C,* s *in* m *corr. c* tremulentum *E* temulentem *S* 5. asseverant] declarant *H* declarat *S* et *(pr.) om. y* stolidum] stollidum *S* et plus quam stolidum *om. E* 6. plus quam] plusquam *L* ciliis] ciclis *CS* onerentur] honerentur *E* 7. praegraventur] praegranentur *S* 8. sint] sunt *LCEH* *post* sint *excidit praedicatum* (*πατροφόνται καὶ μητροφόνται παιδοκτόνοι τε καὶ φαρμακεῖς Ad. p. 326, 6 sq.*) una] una enim *C* prominentium bona est] bona est prominentium *E* bona est oculorum] oculorum bona est *z* 9. si] Ut si *E* sint] sunt *E* nitentes *om. z* perlucidi] et perlucidi et *H* 10. prudentem] providentem *L.x correxi* (*συνετοί Ad.*) amatorem] ammonitorem *LCH* amonitorem *ES correxi* (*ἔρωτος πλήρεις Ad.*) 12. Pythius] pytius *L* pitius *C, in* phitius *corr. c* phylosophus *E* In alio. phicius *e* phicius *S* pithius *H* prudentissimum] providentissimum *S* pronuntiavit] pronunciavit *LS* pronuntiat *E* 13. incompotem] in compotem *L* incomposite *S* 14. corpore] debilem corpore vel *E* In alio. sed nec corpore stabilem *e om. z*

esse declarant. hoc exemplum tanquam a se cognitum Palemon posuit.

33. Addidit praeterea, quod trementes micantesque oculi et salientes, quos Graeci *παλλομένους* dicunt, si parvi, dolos et versutias ostendunt, si magni, stultitia ac furiis attinentur. at ubi moderatae magnitudinis et humidi sunt atque perlucidi, magnificum hominem, magnarum rerum cogitatorem atque perfectorem indicant; sane iracundum et vino deditum et iactantem sui et cupidum gloriae ultra condicionem humanam ostendunt, cui huiusmodi oculorum signa contigerint. scias quia his oculis aestimatur etiam Alexander Magnus fuisse. circumtumentes oculi immites, sine pietate, ventri et veneri studentes et aliis voluptatibus dediti; quod per aures et oculos insipiunt,

---

1. hoc] *num* huius *vel* huiusmodi? tanquam] tamquam *LH* a se] ase *L* 3. micantesque oculi] oculi et micantes *E* 4. quos] quas *C* Graeci *om. C, inser. c* παλλομένους] παμωνενωγc *L* (pamonenos i. incerti status) naxωναιχ *C* tiaaiconenayc *E* (pamonenais) παcιcbuenapc. *S* παμωνενayc *H* 5. versutias] versucias *z* ostendunt] dīcunt *E* stultitia ac furiis] furiis ac stultitia *H* stultitia] stultitie *E* stultitiam *S* 6. ac] et *E* attinentur] attinent *E* at] ac *E* 7. atque] et *E* magnificum hominem] hominem magnificum *E* 8. atque] ac *z* 9. sane] sed et? 10. gloriae] gracie *E* vel glorie *e* 11. cui *om. S* huiusmodi] huius *H* 12. contigerint — his oculis *om. C, in marg. add. c* contigerint] contingunt *E* scias] sciat *Lz* quia] quod *E* his] hiis *E* aestimatur] existimatur *E* etiam] et *C om. y* 13. Alexander] Alexander etiam *S* circumtumentes oculi] oculi circumtumentes *S* circumtumentes] circum tumentes *H* immites] inmites *LFS* 15. dediti] deditos significant et *H* quod] qui quod *E (et Rosius)* qui *ante* quod *inser. c* qui *H* insipiunt] inspiciunt *CE*

etiam sola ratione molliuntur atque mitigantur. sunt oculi plerumque livore circumdati: qui si interiora signa non meliora habuerint, inter malarum partium indicia accipito. nam et audaces et infideles et iniusti sunt.

34. Oculi qui tanquam tenebrosi sunt, nocentes sunt, tanto magis, si fuerint sicci, nec interest, an magni vel parvi sint, nisi quod maiorem nequitiam cum parvi sunt profitentur. supradicta species oculi id est tenebrosi, si cavus, temperatae magnitudinis et quietus fuerit, sollicitum, docilem, visendi cupidum, cautum, verum timidum et satis parcum ac nimis continentem significat. oculi caligine obsiti malis artibus imbuti sunt, infideles, intemperantes. unde intelligendum est optimos esse contrarios id est perlu-

---

1. etiam] et *C* sola] *num* nulla? ratione] oratione *z* vel oratione *e* atque] et *E* 2. plerumque] plerique *x* interiora] deteriora *E* In alio. interiora *e* 3. non meliora] meliora non *S* habuerint] habuerunt *E* inter malarum] intermalarum *L* malarum partium] malorum parium *C* (*in* malarum parcium *corr. c*) *et z* 4. audaces — 5 sunt] infideles et audaces sunt et etiam iniusti *C* 6. *ante* Oculi *titulus* De tenebrosis oculis *in H* tanquam] tamquam *LH* 7. tanto magis] tantomagis *L* et tam magis *S* etiam tam magis *H* si] quam *z* fuerint] sunt *S* interest] inter est *L* 8. vel parvi sint] sint an parvi *C* an parvi *S (et Rosius)* 9. sunt] sint *E* oculi] oculorum *C om. H (et Rosius)* 10. tenebrosi] tenebrosorum *C* cavus] cavi *CS* 11. quietus fuerit] quieti fuerint *C* visendi] discendi *Lx correxi* (*πολυθεάμονα Ad. p. 330,2*) 12. cautum] maturum *Lx* maturum sive modestum *Aegid. Corbol. v. 508* astutum *Landgraf correxi coll. Adam. l. l. εὐλαβῆ* verum] virum *LC* vel virum timidum *e* versutum *Landgraf* timidum] tumidum *LC* parcum] partum *S* parum *H* ac] et *x* nimis] minus *Lx correxi* 13. significat] significant *C* 14. imbuti] inbuti *ES* intemperantes] intemperates *S*

cidos oculos, si nullum extat aliud indicium quod impugnet. tales Palemon auctor refert fuisse oculos Hadriani imperatoris: *χαροπούς*, humidos, acres, magnos, luminis plenos.

35. Lumen autem ⟨non⟩ ita bonum est, si corusci sint. oculi enim corusci si quidem glauci sint et sanguinolenti, temeritatem indicant et prope insaniam, *χαροποὶ* autem suspicacem in omnibus rebus hominem declarant. nigri corusci taeterrimi oculi: timidum ac subdolum designant. cum autem risui permixti sunt, summae notam impudentiae ac malitiae proferunt.

36. Oculi acriter intuentes id est *γοργόν*, ut a Graecis dicitur, molesti sunt, sed qui humidi sunt,

---

1. oculos *om. y* extat aliud] aliud est *E* aliud errat *H* extat] exstat *L* errat *C* erit *S* indicium quod impugnet] quod inpugnet indicium *C* impugnet] inpugnet *S* 2. Palemon auctor refert] fert palemon auctor *C* refert] narrat *H* refert fuisse] fuisse refert *E* 3. Hadriani imperatoris] imperatoris Adriani *C* Hadriani] Adriani *LEz* *χαροπούς*] earopois *χαροπογc L* *χαροηοῦc C* xapocιoys *E* ·χαρποιc· *S* xapottoιc· *H* humidos] humiles *z* In alio. humiles acres *e* acres] alacres *E* 4. luminis plenos] plenos luminis *C* 5. non *inserui* (*οὐκ ἀγαθοί Adam. p. 331, 2*) corusci] chorusci *CE* corusci non *Rosius* 6. sint — corusci *om. C, in marg. add. c* sint] sunt *S* enim] autem *Lx correxi* (*γὰρ Adam.*) corusci] chorusci *E* quidem] quodlibet *S* sint] sunt *CEH* 8. *χαροποὶ*] curvi *Lx correxi* 9. declarant] esse declarant *E* corusci] chorusci *CE* taeterrimi] teterrimi *LCE* teterimi *S* deterrimi *H* oculi] ·o· *S* timidum *E Alb. de anim. p. 24b (et Rosius)* tumidum *LCz* In alio. tumidum ac stolidum *e* ac] et *E* 10. designant] hominem significant *E* 11. summae] summam *Lx correxi* (*εἰς ἀναιδότητα ⟨πάσης⟩ κακίας ἥκουσιν Ad. p. 332, 2*) impudentiae] inpudentie *ES* ac] et *E* malitiae] maliciam *L* malitiam *CE* vel malitie *e* 12. id est *γοργόν scripsi* vel *γοργον Rosius om. Lx* 13. molesti sunt] sunt molesti *E*

bellatorem indicant, veredicum, velocem in agendis rebus, improvidum, innoxium. qui autem intendunt acriter et sunt idem cavi, parvi, sicci, saevos, insidiosos atque ex occulto nocentes, omnia audentes, omnia perpetrantes indicabunt, eo magis quo superficiem idem oculi habuerint leviorem. praestat enim iuxta huiusmodi oculos frontem obduci, palpebras erigi, supercilia exasperari. est enim haec circumstantia fortitudinis, audaciae, animositatis index, inconsultos tamen ac minus nocentes significat. at ubi frons, supercilia, palpebrae tranquilla et levia fuerint, aciem autem intrinsecus amaram, trucem, asperam idem oculi continuerint, crudelitatem et immanitatem atque saevitiam supradictam et dolos omnes his oculis adiudicabis.

---

1. veredicum] veridicum *C S* verecundum veridicum *H* iudicem *E* In alio. veridicum vel verecundum *e* 2. improvidum *Rosius* providum *L x* intendunt] incendunt *E* In alio. intendunt *e* 3. acriter] graviter *E* cavi, parvi] parvi cavi *z* sicci] et sicci *E* insidiosos *Rosius* invidiosos *L C z* et invidiosos *E* 4. atque] et *E* audentes] audientes *S* indicabunt] indicant *z* 5. superficiem idem oculi] oculi superficiem *H* 6. idem *om. x (et Rosius)* oculi habuerint] habuerint oculi *S* habuerint] habebunt *E* leviorem *scripsi cum E et Alb. l. l. p. 24^b 16* leniorem *L C z* vel leniorem *e* iuxta *om. C* 7. huiusmodi] huiuscemodi *H* eregi *C, in* erigi *corr. c* regi *L z* In alio. regi *e* 9. animositatis] et animositatis *E* inconsultos] inconsultas *S* 10. ac] et *E* nocentes] noxios *E* significat] significant *E* frons, supercilia] supercilia frons *C* f. s. *S* 11. palpebrae] p. *S* levia *scripsi cum E et Alb. p. 24^b 21* lenia *L C z* vel lenia *e* 12. intrinsecus] intrinsescus *S* 13. continuerint] continuerunt *S* immanitatem] inmanitatem *S* atque] et *y* 14. supradictam *om. E* omnes] omnis *H* his] hiis *E*

37. Oculi cum risui voluptatique permixti sunt, non omnes laudabiles. nam qui sicci sunt et subterintendunt, malitiae sunt indices. sed et cavi oculi qui arrident, tanquam in insidiis constituti habendi sunt, multo magis, si genae et supercilia et labella commoveantur. nam hic risus aut cogitationes rerum nefandarum aut conceptos dolos indicat. et si quidem cum his signis etiam palpebrae interdum coeant, interdum separentur atque interdum oculus commoveatur, detegunt intra cogitationem adhuc esse iniquam. si vero propateant oculi cum risu et errent, perpetratam iniquitatem esse declarant. quanto igitur oculi magis arridere videbuntur, sicci dumtaxat, tanto erunt magis perniciosi. si vero arrideant et sint humidi, innocen-

1. *ante* Oculi *titulus* De oculis ridentibus *in H* risui voluptatique] risu voluptateque *z* risu voluptatibusque *E* In alio. cum risui voluptatique *e* permixti] admixti *E* sunt *om. z* 2. omnes] omnis *H* subterintendunt] subter intendunt *S* 4. tanquam] tamquam *L H* in *om. H* 5. genae] genas *L* gene *C, sed* e *alterum in ras.* gene *y num* frons et genae (*μέτωπον καὶ παρειαὶ Ad. p. 335, 4*)? labella] labra *z* vel labra *e* 6. hic] hoc *S* aut] vel *E* 7. nefandarum] nephandarum *S* infandarum *H* si quidem] siquidem *E* quidem] quodlibet *S* 8. cum his signis *bis praebet S* his] hiis *E* interdum coeant] coeant interdum *E* coeant] *num* coniveant (*μύωσι Adam.*)? 9. separentur] *num* reserentur? atque *om. z* interdum oculus] oculi interdum *E* oculus] oculis *C* oculi *y* commoveatur] commoveantur *C z* comoveantur *E* coniveant *Rosius* 10. intra] intus *C om. H* adhuc] ad huc *L* adhuc esse iniquam] iniquam adhuc intra esse *H* 11. propateant] pateant *z* cum] cu *H* 12. iniquitatem esse] esse iniquitatem *y* igitur] ergo *E* igitur oculi magis] magis igitur oculi *C* 13. arridere] cum risu arridere *H* dumtaxat] duntaxat *C* dum taxat *y* erunt magis] magis erunt *y* 14. arrideant] ardeant *C, in* arrideant *corr. c* sint] sunt *H* humidi *scripsi cum E* (umidi *Rosius*) tumidi *L C* (humidi *in marg. c*) *z*

tem quidem animum, verum stolidum, sine sensu perspicaci, sine affectu, sine prudentia, sine continentia addicunt. cum subrident molliter oculi atque humidi sunt, ubi totius vultus aperta atque absoluta laetitia fuerit remissis palpebris, fronte molli, ciliis aliquanto laxioribus, in hoc statu oculorum ingenium magnificum, iustum, mansuetum, religiosum, hospitale, gratum, prudens, docile, amatorium erit.

38. Tristes oculi non omnes timendi sunt. nam qui humidi sunt, in cogitatione constituti sunt et studia optimarum artium inesse indicant. et si supercilia laxiora sint et frons laxior cumque tranquillitate conveniant palpebrae et sint laudabiles, ingenium indicabunt fidum, benignum, pensum gravitate, prudens.

---

1. quidem] quodlibet *S* stolidum] stollidum *S* sine sensu perspicaci *om. L C (add. in marg. c) z* In alio. superstitiosum *e videtur deesse* malorum, *nisi* perspicaci *in* perniciei *corrigendum est* (κακῶν ἀπαθῆ *Ad. p. 336, 5*) 2. addicunt] addictum *S* indicant *EH, fortasse recte* 4. ubi] cum *Lx* si *Rosius correxi coll. p. 53, 10* aperta] *num* perfecta? atque] et *E* 7. hospitale] hospitalem *L C (sed* m *postea detritum) z* gratum *om. H* 8. prudens *E (et Rosius)* pudens *L C* pudentem *z* docile] docilem *z* erit] indicant *E* declarant *S* declaratur *H* 9. *ante* Tristes *titulus* De oculis tristibus *in H* Tristes] Trites *C, corr. c* Trestes *S* omnes] omnis *CH* timendi] timidi *Cz* In alio. timidi *e* 10. in cogitatione] incogitatione *L* constituti sunt] sunt constituti *C* 11. optimarum artium] artium optimarum *E* inesse] in esse *L* indicant] significant *z* et] at *E* 12. laxiora sint] sunt laxiora *CH* sint] sunt *S* laxior] latior *H* cumque] et cum *C* est et cum *H* 13. conveniant] coniveant *z (et Rosius), fortasse recte* palpebrae et] et palpebrae *Lx correxi* sint laudabiles] laudabiles sint *C* sint] sunt *S* indicabunt] indicant *H* 14. fidum] *num* fidum, firmum (πιστά, βέβαια *Adam. p. 338, 2*)? pensum *om. E* prudens] preditum *L* praeditum *C* dedttum *E* In alio. praeditum *e om. z correxi* (πιννιά *Adam.*)

si autem tristes oculi etiam sicci sint et accedat ad hoc frontis asperitas, aciei intentio, palpebrae subrectae, ⟨erunt⟩ nocentes, feri, nihil intemptatum facinus, nihil inausum relinquentes.

39. Oculi subclausi et coniungentes palpebras si quidem frequenter concluduntur et reserantur, malignos mores et insidiosos et nocentes dant intelligendos. si autem humidi fuerint, bonae artis studiis indicant hominem occupatum. et cum humidi non sunt, sed tremore et pallore permixti, *ἀποπληξίαν* vel certe insaniam nuntiant. quibus autem status suus permanet, cum palpebras quidem propemodum coniungunt, ipsi autem superius extolluntur, insaniam ..... at hi potius feminae quam viri sunt, sed celare vitium

---

1. oculi etiam] etiam oculi *S* etiam] et *CE* sint *Rosius* sunt *Lx* accedat ad hoc] ad hoc accedat *H* ad hoc] adhoc *L* 2. frontis] .f. *S* 3. ⟨erunt⟩ *inserui* sunt *H* nihil] nichil *x* intemptatum facinus, nihil *om. x* 4. inausum] in ausum *L* 5. *ante* Oculi *titulus* De oculis clausis *in H* subclausi] obclausi *CES* occlausi *H* coniungentes] coniugentes *E* palpebras] palpebre *E* si quidem] siquidem *E* 6. concluduntur] coniunguntur *H* 7. mores *om. H* et *(pr.) om. y* 8 *ante* bonae *fortasse excidit* in cogitatione constitutum et (*φρονιστικὶ καὶ φιλότεχνοι Adam. p. 339, 5*) bonae] bonis *E* vel bone *e* 9. occupatum] esse occupatum *S* et] vel at *e* 10. tremore] *num* trementes? permixti] permixta *C, corr. c* *ἀποπληξίαν*] αποπλανξιλν *L* apopanξιαν apopanlian *C*, apoplexiam *suprascr. c* apoplexiam *E* αποπξιαν· *S* apopleociam αποπλεξιαν *H* insaniam] insania *S* 11. nuntiant] nunciant *L* significant *S* autem *om. C* 12. cum] et cum *H* palpebras] palpebre *E* palpebris *H* palp^{s} *S* quidem *om. C* quodlibet *S* propemodum *scripsi, ut p. 65, 11* prope modum *Lx* coniungunt] coniunguntur *EH* 13. *post* insaniam *praebet* significant *C* notant *E* *exciderunt plura (Adam. p. 340, 2—341, 7)* hi] hii *EH*

gestiunt atque hoc ipso magis apud experientes deteguntur.

40. Satis de conclusis; nunc de patentibus disputemus. oculi cum frequenter et late patescunt atque consistunt, cogitationem quidem indicant, verum bona necne sit cogitatio, ex supra memoratis qualitatibus colligendum erit. constat enim, si humidi, si lucidi, si maiores, si profundi, si molles fuerint, meliores cogitationes continere, si autem sicci, si obscuri, si parvi, si cavi, si duri, si directi fuerint, malas cogitationes et male cogitatae rei paenitentiam eos profiteri. semper autem patentes oculi vanum et attonitum faciunt. oculi late patentes micantes leniter intendentes tanquam concinnati ad suavitatem et gratiam ..... congruunt ..... a Palemone quidem auctore refe-

---

1. atque] et *E* deteguntur] detegentur *C* 3. Satis — disputemus *rubr. L om. x* 4. et *om. y* late patescunt *Rosius* latescunt *L C z* lacescunt *E* atque] et *E* 5. cogitationem] cogitationi *E* quidem] quodlibet *S* 6. cogitatio *om. z* 8. meliores] meliores eos *H* 10. parvi, si cavi] cavi si parvi *z* si *(sec.) om. C* duri, si *om. H* si *(tert.) om. C num* et (duri et directi = *ἀτενές Adam. p. 342, 5)?* malas cogitationes] cogitationem malam *E* In alio. malam cogitate rei penitentiam eos profiteri *e* 11. male cogitatae rei] rei male cogitate *E* male] malam *L z* malae *C* cogitatae] cogitare *H* paenitentiam] penitentiam *L x* profiteri] profiteri constat *C* 12. *ante* sin *titulus* De patentibus oculis *in H* semper] sin *L C z* si *E correxi coll. vers. arab. p. 162, 3 et Adam. p. 343, 1* et *om. L C S* attonitum *in marg. c* attentum *C* 13. oculi] oculi qui *C* leniter] qui leniter *E* intendentes] intendunt *x num* intuentes? 14. tanquam] tamquam *L H* concinnati] concavati *C E (et Rosius)* In alio. concinnati *e post* gratiam *plura exciderunt, ante* congruunt *fere haec:* si cetera signa, *post* congruunt *fere haec:* tales fuisse oculi Celti cuiusdam *cf. vers. arab. p. 160, 12 sq.* 15. a Palemone quidem auctore] Ad palemonem (palemone *C*) quidem auctorem *L x* quidem] quodlibet *S*

runtur, qui eunuchum sui temporis fuisse hunc hominem descripsit. nomen quidem non posuit, intelligitur autem de Favorino eum dicere. huic cetera corporis indicia huiusmodi assignat: tensam frontem, genas molles, os laxum, cervicem tenuem, crassa crura, pedes plenos tanquam congestis pulpis, vocem femineam, verba muliebria, membra et articulos omnes sine vigore, laxos et dissolutos. hunc dicit impatientia libidinum quae turpia sunt omnia passum esse et egisse quae passus est, praeterea maledicum, temerarium, sed et maleficiis studentem. nam et letiferum venenum dicebatur clanculo venditare.

41. Oculi qui frequenter clauduntur atque rese-

---

1. eunuchum] innocuum *Lx* *correxi* 3. autem] enim *LCES* de Favorino eum] eum de Favorino *z* huic] hinc habuerunt *E* In alio. hūic certa *e* *post* huic *inser.* habuerunt *c* cetera] caetera *L* 4. corporis] corpis *C* assignat *Rosius* assignata *Lx* 5. laxum] lapsum *C* crassa] grossa *E* vel crassa *e* 6. plenos *corr. in* planos *C* planos *E* vel plenos *e* tanquam] tamquam *LH* 7. verba muliebria] muliebria verba *H* membra *om. C* articulos omnes] omnes articulos *C* articulos] articuli *LS* omnes] omnis *H* 8. laxos] laxus *L* luxos *corr. in* laxos *C* laxum *E* In alio. laxos et dissolutos *e* luxus *S* luxum *H* et *om. H* dissolutos] dissolutus *LS* dissolutum *EH* hunc] In alio. hc dicit in patientia libidinis turpia esse passum: Et egisse que passus est *e* impatientia] in patientia *corr. in* in patientem *C* in patientem *E* in patientia *z* 9. libidinum] libidinis *E* quae *om. Cz* turpia] turpia eum *S* sunt *om. Cz* omnia] omnia eum *LE* *om. z* passum esse] esse passum *z* esse] fuisse *E* 10. egisse] egisse omnia *C* praeterea — 11 studentem *om. H* 12. dicebatur clanculo] clanculo dicebatur *E* clanculo *om. S* venditare] vendicare *corr. e* vindicare *L* vendicare *CE* vel vindicare *e* venditare *S* vindicare *H* vel vendere 13. *ante* Oculi *titulus* Item de oculis clausis *in H* qui] que *S* atque] et *E* reserantur] resistunt *H*

rantur, timidum atque imbecillem declarant; sed cum etiam sicci sunt, dolos versare atque ex occulto insidias tendere, si autem perversi sunt vel pallidi, stultitiam indicare noscuntur. cum autem non coniunguntur oculi, sed, ut [hoc] Graeci aiunt, *ἀσκαρδάμυκτοι* sunt praetereaque aciem terribiliter intendunt, hi iniquis cogitationibus attinentur. si vero status oculorum sit mansuetus et habeant aliquid humoris, cogitatores sunt, studiosi, mansueti, amatores. at si immobiles idem pallidi vel rubicundi erunt cum siccitate, sit certum his iras et furias imminere et divinitatis iram. si autem cum supradictis signis etiam in tempore semet ipsos tanquam in gyrum torqueant, insaniam vehementissimam produnt.

---

1. atque] et *E* imbecillem] inbecillem *ES* cum] et cum *H* 2. etiam *om. y* atque] et *E* 3. tendere] ponere *e* sunt] *num* sint? vel] et *ES* In alio. vel *e* 4. indicare] indicant *E* [noscuntur] nosct. *C* *om. E* cum] Cui *L* *num* qui? 5. sed] et *C (et Rosius)* *om. H* ut] et *LE (et Rosius)* *om. Cz* *correxi* hoc] hos *Rosius* *uncis inclusi* Graeci *om. C*, *inser. c* Greti *E* ascaraamictos·

ἀσκαρδάμυκτοι] ΛCΚΛΡΔΑΜΎΚΤΟΙ· *L* acκaeai·ωιptoῡ *C* acpapatηReoy *E* ακkapaaaanktoy. *S* ackapaauaaakt'op. *H* *ασκαρδαμυκτους Rosius* 6. sunt *Lx* sed *(?) Rosius* praetereaque] praeterea qui *Lx* *correxi* hi] hii *E* Hij *H* 7. attinentur *Rosius* attenuantur *Lx* vero] autem *C* oculorum] oculi *EH* 8. habeant] habeat *x* 9. studiosi, mansueti] mansueti studiosi *E* immobiles] inmobiles *LS* 10. idem *om. z* vel] et *S* 11. his] hiis *E* iras] iram *z* imminere et divinitatis iram] inesse et divinitatis iram imminere *C (et Rosius)* imminere] iminere *E* inminere *S* 12. supradictis] praedictis *S* etiam] et *S* 13. tanquam] tamquam *LH* gyrum] girum *EH*

42. Oculi citi perturbati rapacem dicunt. qui autem incertas palpebras permovent atque coniungunt sub diversis motibus pupillarum ac superius cilium molliter oculis superducunt, cinaedi sunt. qui autem alteram ex superioribus palpebris paulatim deprimunt et molliter revocant et aciem dirigunt, affectatores pulchritudinis sunt, sed ⟨et⟩ moechos et adulteros se profitentur. interdum palpebra superior ad medium ita deducitur, ut hinc atque illinc reflexis atque retractis angulis subluceat oculus simulque incertas palpebras agunt. haec etiam signa moechis et adulteris attributa sunt.

43. Palpebrarum capilli cum sunt nigri ac rigidi ac solidiores in eo capite, cuius deteriora sunt signa, meliorem ac fortiorem animum indicant. rari autem et tenues et rubicundi infirmitatem animi declarant

---

1. citi] ceci *Lx correxi* (ὀξεῖς *Adam. p. 346, 1*) *coll. § 91 Aegid. Corb. v. 555* veloces oculi qui contemplantur acute *olim conieci* acuti *vel* acres dicunt] indicant *x* 2. incertas] in certas *L* permovent] promovent *Cz (et Rosius)* movent *E* In alio. promovent *e* coniungunt] contingunt *C* 3. ac] et *S* 4. molliter] molliunt *C* superducunt] super ducunt *L* cinaedi sunt] timidi sunt vel cinedi *E* cinaedi] cynedi *L* timidi *Cz* 5. alteram *om. E* ex superioribus] exsuperioribus *L* deprimunt] deprimunt alteram *E* 6. molliter] molliunt *C* affectatores] vel assectatores *e* 7. pulchritudinis] pulcritudinis *x* sed] set *E* et *Rosius* ⟨et⟩ *inserui* moechos] mechos *LCES* 8. palpebra] paľ *S* ad medium ita] ita ad medium *y* 9. reflexis atque retractis] retractis atque reflexis *E* retractis et reflexis *z* 10. subluceat] sub luceat *L* subluceant *z* oculus] oculis *C* oculi *z* 11. agunt] agant *H* moechis] mechis *Lx* adulteris] ad ulteris *L* 13. *ante* Palpebrarum *titulus* De palpebris *in H* sunt] sint *Lx correxi* 14. ac] et *E* deteriora] ^{d}etiora *S* 16. et *(pr.)*] ac *H*

et prorepere senectutem, sed nec perseverant huiusmodi capilli: facile enim defluunt.

44. Haec de oculis. nec putes ea sola signa in oculis inveniri quae enumerata sunt, sed multo plura et quae accuratius considerari queant et debeant. sed si quis imbutus his quae dicta sunt fuerit, sunt enim prope generalia, etiam meliora perspiciat atque perpendat, et nimirum debet esse perspicuus, nam his quae exposita sunt ⟨potius⟩ deteriora quam bona signa sunt comprehensa. nam et maiorem partem in † rebus humanis veteres posteriorem esse dixerunt, quod est potissimum. nam malitiae res multiformis est, ut etiam si non latius tendatur, constet tamen per

---

1. et *om. S* senectutem] in senectutem *E* et senectutem *S* huiusmodi capilli] capilli huiusmodi *E* capilli his *S* huiusmodi] his *H* 2. defluunt] deffluunt *S* diffluunt *EH* 3. Haec *om. H* ea] esse *E* sola signa] signa sola *C* 4. oculis] .o. *S* inveniri] fieri *Cz* ea fieri *E* enumerata] numerata *L* minime rara *CS* minime rata *H*, vel nunc enarrata *suprascr.* m^2 relata *E* nunc enarrata *Rosius correxi coll. § 89* multo] multa *H* plura *om. z* 5. et *(pr.) num del.?* accuratius] artius *LC* arcius *S* arctius *EH* *correxi* considerari] considerari *H* sed *om. x* 6. si quis] siquis *L* imbutus] inbutus *ES* his] hiis *E* sunt *(pr.) om. S* 7. prope] proprie *z* *om. C num* prope omnia? etiam] et *E* vel etiam *e* perspiciat] prospiciat *Lx* *correxi* atque] et *E* 8. nimirum] nimium *E* vel nimirum *e* perspicuus] sollicitus et perspicuus *H* nam] in *Lx* *correxi* his] hiis *E* his enim *H* 9. sunt ⟨potius⟩ deteriora] sunt. que deteriora *E* ⟨potius⟩ *inserui ante, Bormansius et Rosius post* deteriora quam] que *E* 10. signa sunt] sunt signa *z* nam — 12 potissimum] *locus labem contraxit* maiorem] magnam *H* 11. posteriorem] vel res *e*, deteriorem *coniecit Rosius, probabiliter, nisi* malam *pro* maiorem *et* potiorem *pro* posteriorem *scribendum est cf. Arist. eth. magn. I, 25 p. 1192ª 11* esse dixerunt] dixerunt esse *C* 12. nam] Nam et *E*

multas diversitates. denique et fabulae, quae hydras et chimaeras et gigantes ex variis corporibus fingunt atque constituunt, malitiam multiformem intelligi volunt. at si quis ad diffinitionem signorum respiciat, signa quidem malitiae ⟨multa⟩, quae tamen ex signis his colliguntur atque intelliguntur, non adeo multa esse percipiet. nam et multis et variis signis feritas et immanitas, diversis inhumanitas et imbecillitas et avaritia deputantur. igitur non tam malitia quam malitiae indicia multa atque diversa sunt.

45. Post oculos igitur vis signorum est, quae iuxta oculos et in vultu sunt. nam prout quaeque signa proxima sunt oculis, potiora sunt ceteris. nam post oculos frontis et narium ⟨et⟩ oris et genarum ipsiusque capitis idonea signa atque efficacia sunt. sequuntur autem cervicis signa et pectoris et post

---

1. hydras] ydras *L* ydras *CE* ydrias *S* 2. chimaeras] chymeras *L* chimeras *x* 3. atque] et *E* 4. at *Rosius* et *Lx* diffinitionem *scripsi ex Lx* definitionem *Rosius* signorum] vel siglorum *e* 5. quidem] quodlibet *S* malitiae] maliciae *L* malicie *z* ⟨multa⟩ *inser. Rosius* signis his] his signis *H* 6. his] hiis *E* atque] et *E* adeo] ad eo *E* adea *H* 7. esse *om. S* percipiet] perspiciet *CS* perspitiet *H* vel perspiciet *e* et *(pr.) om. E* 8. immanitas] inmanitas *ES* diversis *Rosius* divinis *LCze* largitati *E* inhumanitas *Rosius* humanitas *Lx* imbecillitas] inbecillitas *ES* et *inser. Rosius* 9. avaritia *Rosius* avaritiae *LC* avaritie *y* malitia quam *om. Lx* malitiae quam *Rosius correxi* 10. malitiae] malicie *E* multa atque diversa] diversa atque multa *S* 11. igitur] autem *H* *om. C* vis signorum] signorum vis *C* quae] in his quae *H* 12. et *om. E* in vultu] invultu *L* vultu] visu *z* prout] pro ut *L* ut *H* 13. ceteris] caeteris *LC* 14. ⟨et⟩ *inserui* 15. idonea] ydonea *E* signa atque efficacia sunt] atque offitiosa signa sunt *H* atque officiosa sunt signa *S* signa] sunt *E* efficacia] officia *L* officiosa *x* *correxi* 16. pectoris et post haec] post haec pectoris et *E*

haec humerorum, manuum, crurum ac pedum. postrema autem sunt signa, ut Palemoni videtur, quae iuxta ventrem sunt. et maxima vis ⟨est⟩ et coloris et vocis et spiritus. et motus magnum est indicium tam totius corporis quam etiam singularum partium, sed et omnis aspectus qui ex omni circumstantia et qualitate corporis occurrit, quem Graeci *ἐπιπρέπειαν* dicunt, in quo auctores omnes physiognomoniae maximam partem constituunt. eius nominis significatio concipienda tibi est atque dinoscenda. frequenter enim ad eam signa referuntur. nam timidum et audacem, mitem et impium, apertum et subdolum universi corporis facies indicabit, et singula quae minuta sunt et parvula in unam speciem conveniunt ita ut aspicienti faciem occurrat proprietas aliqua quae

---

1. crurum] crurium *C* ac] et *E* 2. sunt signa] signa sunt *Cz* sunt *om. E* 2. ut *om. E* Palemoni videtur] videntur palemoni auctori *E* Palemoni] .p. *S* 3. maxima] vel magna *e* ⟨est⟩ *inserui* 4. et motus *Rosius* Sed multo *Lx* magnum est] est magnum *C* magnum] magis *ES* maius *H* 5. etiam *om. E* singularum] singulariter *E* In alio. tam etiam singularum partium *e* 6. omni] omini *C* 7. corporis *om. C* occurrit *scripsi, ut Pitra Spicil. Solesm. III p. 321 e Parisino, ut videtur* accurrit *Lx* quem] quam *CH (et Rosius)* quod *S* *ἐπιπρέπειαν Rosius* pipreiam *πῒπρεῒʌм L* pῒppeῒaaa *C* nitypeyam *E* qṗqpeiaaɪ. *S* pipreiam *Пı Пp*ʜıam *H* 8. omnes] omnis *CH* physiognomoniae] phisiognomiae *LCH* phisiagnomie *E* phisnom̃ *S* 9. eius] Cuius *E* 10. concipienda tibi est] tibi est concipienda *C* tibi concipienda est *H* atque] et *y* 11. eam *Rosius* ea *Lx* referuntur] refertur *Ly* referunt *C (et Rosius)* refer te *Pitra l. l. correxi* timidum] et timidum *L (et Rosius)* 12. apertum] aptum *E* 13. indicabit] iudicabit *C* 14. parvula] parva *E*

in eodem corpore conspicitur constituta, quae mentem et animi incerta declarat.

46. ..... nam mox etiam ad similitudinem animalis alicuius inspicienti ea quae diximus occurret tibi in animo alium leoni, alium pardo, alium aquilae, alium perdici esse similem: ubi maxime clara est masculini et feminini distantia, quorum discretionem supra prosecuti sumus. nec dubium erit pronuntiare de eo qui ursae est similis, crudelem quidem esse et insidiosum; de eo autem qui leoni est similis, quod violentus, quod fortis, quod simplicior; qui pardo est similis, insidiosus, rigidus, saevus, audax; qui equo est similis, erectus, iactans, honoris ⟨et⟩ laudis cupidus. quotquot sunt species animalium, proprietates suas quaeque habent, ad quas

---

2. incerta] vel secreta *e, fortasse recte inter* declarat *et* 3 nam *praebet L § 106—132* Nunc autem — in promptu habent *post* declarat *plura excidisse demonstrat versio arabica p. 168 sq.* 3. mox etiam] etiam mox *E* et mox *Cz* 5. tibi] ita *Lx correxi* alium] aliud *E* In alio. alium leoni etc. *e* alium pardo] pardo alium *C* alium aquilae] aquilae alium *C* alium] aliud *E* 6. alium *om. C, inser. c* aliud *E* similem] simile *E* 7. est] esse *H* quorum discretionem] qua discretione *H* 8. supra] superius *E* prosecuti] secuti *C* persecuti *S* prosecuti sumus] exposuimus *E* 9. pronuntiare] pronunciare *LEH* vel e ursae] urso *E* urso *Cz (et Rosius)* crudelem — 11 leoni est similis *om. x* 11. leoni] lupo *L correxi coll. Ad. p. 349, 10* quod *(tert.)*] est *S* 12. simplicior] simplicior sit *H* pardo] leopardo *LEz* leoni pardoque *C* est *om. C* rigidus] ringulus *Lz* ungulus *E* In alio. rigidus *e* 13. saevus] seuuus *S* equo] eogo *L* leoni *x (et Rosius) correxi coll. Ad. p. 349, 16* 14. ⟨et⟩ *inserui ex E* cupidus] est cupidus *H* quotquot] Quot *z* sunt species animalium] species animalium sunt *E*

similitudo singulorum hominum referenda est. quare discernes, utrum masculino an feminino respondeat et cui animalium sit propinquius similis, et iuxta animalis ingenium pronuntiabis tam ex consideratione singularum partium quam ex universitate quam frequenter nominavimus.

47. Nunc de auribus disputandum est.

Magnae aures stultitiae vel impudentiae, parvae malignitatis sunt indices. aures perbreves tanquam praecisae ad stultitiam referuntur. esse autem quadratae propemodum et mediae magnitudinis debent et quae videantur figuratae atque formatae et quae decenter capiti adhaereant. aures nimium rotundae

---

1. similitudo singulorum hominum] singulorum hominum similitudo *H* referenda est] est referenda *C* 2. discernes] discernens *L* decernes *S* an feminino respondeat] respondeat an feminino *S* 3. propinquius similis] propinquus similis *C* propinquior *z (et Sauppius) num* propinquus et similis? animalis ingenium] ingenium animalis *z* 5. universitate] universitata e *una littera* (t?) *inter* a *et* e *erasa L* 6. *inter* nominavimus *et* 7 Nunc *L praebet § 133* Usque adeo — cognoscere veritatem 7. *ante* Nunc *titulus* De signis aurium *in E,* De auribus *in CH* Nunc — disputandum est *rubr. L om. x* 8. impudentiae] inpudentie *S* inpudentie sunt signum *E* parvae] parve autem *E* 9. indices] indicium *E* perbreves] per breves *L* tanquam] tamquam *LH* 10. esse — 11 debent] quadre autem debent prope modum et medie magnitudinis *C* Quadrate autem propemodum esse debent et medie magnitudinis *E* 11. propemodum] prope modum *LCz* et] autem et *LS* 12. figuratae atque formatae] formate atque figurate *H* *post* formatae *ex Alberto Magno de anim. I p. 27b addidit Rosius* semicirculariter 13. adhaereant] ad hereant *L* aures — p. 66, 1 indociles significant *om. z*

indociles significant, aures oblongae et angustae invidiae indicium habent.

48. Nunc de labiis et ore disputandum est.

Labia tenuia in ore maiore, si aliquanto labium superius sit prominentius tanquam superpositum inferiori, magnanimum, fortem indicant. refertur ad leonem. parvo ori cum tenuia sunt labia, imbellem, timidum, versutum ostendunt. optimus autem oris status est, quod nec nimis prominens nec nimis humile est. nam humilitas timidi est et malignitatis arguit, pronitas stultitiam, loquacitatem tribuit et audaciam. os parvum muliebre est potius et tam vultibus quam animis muliebribus convenit; quod maius est, virilibus animis et vultibus convenit. cum

---

1. significant] esse ostendunt *E* 2. indicium habent] sunt signa *E* *post* habent *ex Alberto l. l. addidit Rosius* iacentes autem supra caput applicatae significant hebetudinem et pigritiam *inter* habent *et* 3 Nunc de labiis *Lx praebent finem paragraphi 50: σπασμοὶ* labiorum *(p. 69, 6)* — somno est deditus *(p. 69, 11) ordinem restituit Rosius* 3. *ante* Nunc *titulus* Labiorum signum *in C,* De signis oris et labiorum *in E* Nunc — disputandum est *rubr. L om. x* 5. prominentius] promptius *LCEH* promtius *S correxi* tanquam] tamquam *LH* 6. fortem] et fortem *H* indicant] indicat *H* 7. sunt labia] labia sunt *C* labia insunt *H* sunt] sint *E om. S* imbellem] inbellem *LS* inbecillem *CE* 8. ostendunt] ostendit *S* 9. nimis] minus *E* prominens nec nimis humile est] ingens nec minus humile est *L* utile *C, sed del. et* humile *in marg. pos. c* humile *S* humile est nec minus prominens *E* humile nec nimis pronum est *H (et Rosius) correxi* 11. arguit] artifex *H* animi *S* pronitas] promitas *E* vel prominentia *e* stultitiam] stulticiam *LH* 12. muliebre] mnliebrae *C* est *om. S* potius et] et potius *C* 13. muliebribus] mulieribus *H* quod — 14 convenit *om. H* quod] Cum autem *E* 14. virilibus] et virilibus *C* animis] et animis *E* animis et vultibus] vultibus et animis *S*

autem ultra modum recisum os ac reductum est, voracem, immitem, impium indicat. ita enim et maris beluae sunt. quando eminent labia super eos dentes quos *κυνόδοντας* Graeci vocant, maledicum, iracundum, clamosum atque ad inferendam iniuriam promptum declarat. canibus enim proxima est huiusmodi species. quando os longe prominet et est rotundum cum crassitate labiorum et retortum, immundum, voracem, stultum ostendit. porcorum enim haec signa sunt. si labium inferius forinsecus excedat, non quidem malignum, verum non prudentem designat. Loxus dicit cum inferius labium excedit, etiam studiosum laudis vel honoris ostendere. cum parvum os sit .....

---

1. ac] atque *C* 2. immitem, impium] impium immitem *C* immitem] inmitem *LES* impium] inpium *S* 3. eminent labia] labia eminent *H* eos *om. C* eos dentes] dentes eos *E* 4. *κυνόδοντας*] KYNOΘONTΘC *L* kẏnoδontac *C* quino roste *E* ·κẏnoδontac· *S* κinoδontac *H*, *m*² *suprascr.* cinodontas vel caninos dentes 5. promptum] promtam *S* 6. declarat] declarant *E* *inter* species *et* 7 quando *praebet E* labia cum soluta *(p. 68, 5)* — signum est *(p. 68, 7)*. Si labium inferius *(p. 67, 9)* — magis ostendit *(p. 68, 5)* 7. quando] Cum *E* crassitate] crassitudine *CE* 8. et *om. S* immundum] inmundum *LCE* invidum *S* voracem, stultum] stultum voracem *C* 9. ostendit] ostendunt *H* enim *om. H* (*sed m² inser.*) *et E* *inter* sunt *et* si *iterum praebet E:* Cum autem ultra modum recisum est ac reductum, voracem inmitem impium indicat. ita etiam et maris belue sunt. 10. quidem] quodlibet *S* 11. non prudentem] imprudentem *EH* inprudentem *S* In alio. non prudentem *e* designat] significat *H* Loxus — 12 excedit *om. E*, *add. e* dicit] dixit *C* 12. etiam — 13 ostendere] et hic studiosus laudis vel honoris est *E* et studiosum laudis vel honoris ostendit *e* 13. ostendere. cum] ostendunt cum *C* ostendit. cum *H* ostendere cum *Rosius correxi* parvum os sit] sit os parvum *z* sit ..... 68, 1 declarat] sit. declarat *LES (et Rosius)* *post* sit (*vel* est?) *excidit* et longe promineat (*vel* prominet?) *cf. Ad. p. 374, 10 στόμα μικρὸν προέχον ἔξω*

declarat idem et cum oris situs in concavo tanquam in defosso est. nam et haec species pariter malignitatis et invidiae et intemperantiae nota est. Aristoteles huiusmodi oris homines id est concavi libidinosos magis ostendit. labia cum soluta dependent, inertem significant. in asinis ⟨enim⟩ et in equis senibus hoc signum est.

49. Qui genas crassiores habent, ignavi et vinolenti sunt, qui nimium tenues habent, maligni sunt. quorum malae tanquam ab oculis abscisae sunt plenitudine ac pondere suo praegravatae et sunt rotundae, invidiae arguuntur. lenes malae et prolixae importunam loquacitatem designant.

---

1. declarat idem] declarat. Idem. *LCS* . Idem: *H* in concavo] in concavitate concavo *L* tanquam] tamquam *LC* 2. haec] hoc *S* pariter malignitatis] malignitatis pariter *C* pariter *om. H* 3. et] etiam *C* invidiae et intemperantiae] intemperancie et invidie *H* *post* est *add. E* et magis sunt libidinosi. Aristoteles] Aristotiles *Lx* 4. oris *om. S* homines *om. ES* libidinosos] libidinos *E* 5. labia cum] Cum labia *S* 6. significant] ostendunt *C* ⟨enim⟩ *inserui* in *om. E, fortasse recte* 8. *ante* Qui *titulus* de genis *in LMoC* *verbis* Qui genas etc. *denuo incipiunt, sed post § 133 praebentes AMo* Qui genas] genas qui *x* crassiores] grassiores *C* vinolenti] violenti *Ax* 9. qui] qui eas *A* Cum *E* habent *om. x* maligni sunt] : sunt maligni *E* maligni] magni *Mo* sunt *om. z* 10. *ante* quorum *titulus* De Malis *in Mo* tanquam ab oculis] ab oculis tanquam *Mo y* tanquam] tamquam *LACH* oculis] occulis *A* abscisae] incisae *LA* abscissae *Mo* abscisae sunt] sunt abscise *C* 11. ac] et *A* et] Si *E* *om. CS* sunt *om. EH* 12. invidiae] invide *A* arguuntur] arguunt *Mox* lenes] plenae *Landgraf num* longae? *an legit auctor* λεῖαι (leves) *pro* λίαν? *cf. Ad. p. 379, 2* et *om. A* importunam] inportunam *LAMoC* inportune *E* 13. loquacitatem] loquacem *E* designant] desingnant *A* *om. S*

50. Omnis vultus cum est plenus et crassus, ignavum significat et voluptatibus deditum, deductus cogitatorem, subdolum, timidum, astutum asseverat. vultus parvus parvum et angustum ingenium, enormis stultitiam et ignaviam testatur.

Σπασμοὶ labiorum et genarum et frontis si truces vultus exagitent, insaniam vel stultitiam indicabunt, si laetis vultibus contingant, libidinosum ostendunt. palam est autem pervidere tristem vultum et laetum, item liberalem atque obscurum et malignum discernere, item pervigilem et eum qui somno est deditus.

51. Nares extimae cum ⟨tenues⟩ et acutae sunt, facilem ad iracundiam hominem ostendunt. crassae

---

1. *ante* Omnis *titulus* De vultu *in L Mo* Omnis — 11 est deditus *om. A* Omnis] Omnis autem *x* est plenus et crassus] plenus et crassus sit *C* 2. significat *om. x* deductus *H, supra* de m^2 *scr.* vel in 3. cogitatorem] cogitatorum *C* subdolum] et subdolum *E* astutum] et astutum *Mo om. x* asseverat] assignat *z* adseverat *Mo* 4. vultus — 5 testatur *om. C* 5. stultitiam et ignaviam] stulticiae et ignavie *L* stultitiae et ignaviae *Mo* 6. *Σπασμοὶ* — 11 deditus *om. A Mo post verba* invidiae indicium habent *(p. 66, 1) praebent L x huc transposuit Rosius. in H titulus* De spasmone *Σπασμοὶ Rosius* CΠaCMON *L* σπασαλονι *C* Hacayon *E* enacaλον· *S* Spasmon *H*, cπacxon *suprascr.* m^2 truces] *num* tristes? 7. vel] vel et *e* indicabunt] indicant *y* 8. laetis] lentis *H* contingant] contingat *L S* vel contingat *e* ostendunt] ostendit *S* indicant *E* vel indicat *e* 9. est autem] autem est *z* pervidere] providere *L x correxi* 10. item] inter *z* liberalem] *num* liberalem et apertum? atque] et *y* 11. item] inter *H* somno] sompno *E S* deditus] deditum *E* 12. *ante* Nares *titulus* De naribus *in L Mo C*, De signis narium *in E* extimae cum *scripsi* cum extimae *L A Mo (et Rosius)* extremae *C* extreme cum *y* ⟨tenues⟩ *inserui* (*Adam. p. 375, 3 λεπτὸν*) et *om. x* sunt] sint *A om. C S* 13. hominem *om. A* ostendunt] ostendit *S* crassae — p. 70, 2 ita sunt *om. A Mo*

nares immundum hominem dant intelligi. porci enim et aves sordidae ita sunt. cum imae nares solidae tanquam obtusae et rotundae sunt, fortem et magnanimum dicunt. huiusmodi nares sunt leonibus et canibus generosis. nares longae et tenues avibus sunt proximae et mores huiusmodi dabunt. narium pars quae iuxta frontem est, si a fronte disposita sit honeste et seiuncta, quod Graeci dicunt *διηρθρωμένον*, virile signum est. refertur enim ad leonem nec non et prudentiae notam tribuit. si origo narium indiscreta atque indisposita sit, stultitiam et imbecillitatem animi indicat. nam signum est femininum. cum directae sunt nares, linguae intemperantiam

1. esse] hominem *A* ingenium *C, suprascr.* signum *c* signum *E* vel ingenium *e* declaratur] declarat *A* 2. solum pectus] pectus solum *E* calidum] callidum *Lx* 3. significat] significant *AMo* designat *CH* prefert *S* cum humeri — 5 instabiles indicant *om. C (sed in marg. add. c) et z* metaphrena] metaphrenae *L* metafrene *A* metafrena *CE* 4. circumdata] circundata *Mo* sunt] sint *A* avium] animi *ACE* id est] et *A om. C* leves] lenes *A* 5. indicant] significat *CE* contectum] contextum *AE* In alio. contectum *e* tectum *z* 6. capillis] capillo *Cz (et Rosius)* animum quadrupedis] quadrupedem *x* quadrupedis potius] potius quadrupedis *A* hominis] hominem *x* 7. indicat] indicant *L* significant *A* cum *om. x* a capite] quae iuxta caput *C* iuxta capud cum *E* iuxta caput *z* capillosa est] est capillosa *CE* est *om. z* 8. indicat] indicant *Mo* significant *A* refertur — leonem *om. A* enim *om. x* 9. frontem capillus decurrit] decurrit capillus frontem *A* capillus] caput *S* decurrit] percurrit *x* 10. repressus] repressum *A* vel] et *E om. AMo* reflexus *om. AMo* est *om. E eras. C* equi] aequi *L* eque *A* refertur] referuntur *Mo* 12. *ante* Motus *titulus* De motu corporis *in LCH*, De Motibus *in Mo*, De signis motus corporis *in E* Motus] Totus *E* alius *om. C, inser. c* est *om. x* affectatus] est affectatus *L (et Rosius)* affectatus est *E* 13. affectati] affectatus *A* tres sunt species] sunt

honorem vel potestatem vel lucrum vel nuptias captans, prout acceptissimum esse potioribus arbitratur, ita se constituit. nam et luxuriae et bonitatis similitudinem induit et erectus et deiectus est et squalidus et ignavus et misericors et industrius, ubi pauperiem, rusticitatem, parsimoniam, parvitatem et misericordiam imitandam putat. secunda species est affectationis eorum qui ad pulchritudinem student quique vultum et omne corpus ita informant, ut aut virginibus insidientur aut matrimonia perturbent; sed et qui in

---

1. vel *(pr.) om. z* captans] capiat *C* 2. prout] pro ut *L* esse potioribus] potius esse *x* 3 et *om. Cz* luxuriae] luxuria *S* et *om. EH* similitudinem] speciem *z* vel speciem *e* 4. induit] in duit *L* et *(sec.) om. LAH* etiam *S* et deiectus est] est et affectatus *E* est affectatus *H* deiectus] deductus *Mo* affectatus *x (et Rosius)* In alio. affectus *e* *verba sequentia labem contraxisse videntur* est et *om. LA* squalidus et ignavus] ignavus est validus *H* squalidus] validus *x* 5. et *om. LA* ignavus] ignavus est *L* ingnavus est *A* *num* ingratus? misericors] inmisericors *LA* et] est *H* industrius] industris *ACE* *num* rusticus? ubi] ut *S* qui *H* pauperiem] paupē *S* 6. rusticitatem] et rusticitatem *AMo* ut *H* *om. CES* parsimoniam] et parsimoniam *Mo* parvitatem] et parvitatem *MoCES* parvitatem animi ut *H* et *om. H* misericordiam] mansuetudinem *x (et Rosius)* 7. imitandam] imitandum *LA* inmitandam S species *om. A* est *om. E* est affectationis] affectationis est *S* affectationis] affectionis *MoE* In alio. affectationis *e* 8. qui] que *A* ad *om. z* pulchritudinem] pulcritudinem *L* quique] quiquidem *E* 9. ita *om. A* ut aut] et ut *A* insidientur] incidiantur *A* 10. aut — perturbent *om. H* perturbent] perturbant *A* sed] Sunt *z* et *om. AMo* et qui] qui et *z* qui in pueros] quidem impuri *A*

---

species tres *E* una *scripsi ex LMo* prima *A (et Rosius)* prima species *E* *om. C (*prima species *pos. in marg. c) et S* cum] cum enim *C*

pueros dementes sunt aut mulierum loco se ipsos constituunt, quo viros in se provocare possint, affectatum atque elaboratum corporis motum habent. tertia species est eorum qui cinaedi quidem certa fide sunt, verum suspicionem a se removere conantes virilem sumere speciem sibimet laborant. nam et incessum pedum iuvenilem imitantur et semet ipsos rigore quodam confirmant et oculos et vocem intendunt atque omne corpus erigunt, sed facile deteguntur vincente se ac nudante natura. nam et collum et vocem plerumque submittunt et pedes manusque relaxant aliisque temporariis indiciis facile produntur. nam et

---

1. dementes *om. C, in marg. add. c* mulierum] muliebri *C E S* mulieris *Mo* se ipsos] seipsos *Mo* 2. quo] qui *Mo C z* quique *E* provocare] probare *C (sed* provocare *in marg. c) et z* possint] possum et *A* possunt *x* possint, affectatum] possunt. Hii affectatum *H* affectatum] et affectatum *L* et affectatum habent *Mo* 3. corporis] corporum *A* habent *om. Mo* 4. est eorum] eorum est *C* cinaedi] cynedi *C* quidem] quod *Mo om. x* quidem certa] dicuntur certantes que *A* certa fide sunt] sunt certa fide *x* faciles sunt *A* 5. suspicionem] suspitionem *L* suspicionem a se] a suspicione *C H* a suspectione *E S* vel suspicione *e* conantes] curantes *A* conantur et *x* 6. sumere speciem] speciem sumere *Mo* sumere speciem sibimet] speciem assumere sibimet *C E* speciem sibimet assumere *z* et *om. A* 7. pedum iuvenilem] iuvenilium pedum *x* In alio. passuum *e* semet ipsos] semetipsos *Mo* rigore quodam confirmant] rigorant *x* 8. et vocem] vocemque *L (et Rosius)* vocem *A* 9. deteguntur] detegunt *A* vincente *om. x* *post* vincente *una littera vel interpunctio in L erasa* 10. se ac nudante] nudante eos *x* eos ac nudante *Rosius cf. p. 102, 3* collum et] pollutam *x* et vocem] vocemque *A* plerumque] plerunque *A Mo C z* plerique *E* 11. submittunt] summittunt *A* emittunt *x* manusque] et manus *Mo C z* ac manus *E* aliisque] et sic *x* 12. temporariis *om. L A Mo* indiciis *om. C, in marg. add. c* officiis *H, m*^{2} *suprascr.* vel indiciis facile *om. E*

timor subitus et gaudium improvisum ab imitatione eos procurata excutit atque ad suum ingenium revocat. plerumque etiam oscitantes detecti sunt. signa igitur omnia quae ex motibus corporis colliguntur, ad quattuor has species referenda sunt: ad unam quae vera et naturalis est, ad tres, quas fictas et simulatas esse constituimus.

75. Qui longis passibus incedunt, magnanimi sunt et efficaces; parvi autem et restricti passus inefficaces, parci, parvae mentis sunt, dolorum artifices et obscurae

---

1. subitus] subitusque *A* et gaudium] gaudiumque *L (et Rosius) om. A* improvisum] inprovisum *LMo* subitum *x* ab imitatione] ab inminatione *Mo* ad imitationem *CS* 2. eos procurata] procuratam eos *CS* procurata eos *EH* procurata] curata *L* perturbat et *Mo* perturbat *A* atque] et *x* suum ingenium] ingenium suum *Mo x* revocat] eos revocat *S* 3. plerumque] plerunque *AMoCz* plerique *E* etiam] et *C om. AS* oscitantes] ocitantes *A* 4. motibus] motu *E* colliguntur] conliguntur *Mo* intelliguntur *A* quattuor] quatuor *Mo* quattuor has species] quorum species *A* has ·||||· species *Cz* has species quatuor *E* 5. referenda sunt — quae] referuntur. una *A* ad *om. Mo* quae] quaeque *E* 6. et naturalis est] est et naturalis *A* ad *om. AMo* et simulatas esse] esse et simulatas *CES* 8. *ante* Qui *titulus* De Passibus *in L*, De Incessu pedum *in Mo*, De passibus longis et brevibus *in H*, De signis incessus *in E*, De incessu *in C* passibus] pedibus *Rosius* magnanimi] magnanimes *A post* magnanimi *una littera in L erasa* sunt et efficaces] efficaces sunt *E* 9. parvi autem et restricti passus] parvi autem restrictique passus *L (et Rosius)* Qui angustis passibus ambulant *x num* parvi autem et restricti passus ⟨quibus sunt⟩*?* inefficaces *om. AMo* 10. parci] parce *H om. AMoC* parci, parvae mentis] prave mentis parci *E* parvae] parvo *C, in* prave *corr. c* parce *S om. H* pravae *Rosius legisse videtur auctor μικροὶ pro πικροί, cf. Ad. p. 398, 10* sunt] parci atque *CS* atque *EH* sunt, dolorum] sunt. Dolorum *Mo* dolorum] dolore *(sed eraso* re*)* astricti et *C* dolore astricti et *z* dolo constricti et *E* artifices] etiam artifices *A* et *om. x* obscurae] obscuri *C, in* obscure *corr. c*

mentis. celeritas motus cum est erecto corpore et honesto atque claro, calidum hominem indicat, qui aggrediatur res agendas magis quam perficiendas. si autem celeriter quidem movetur, verum submittit oculos et se comprimit et vultum deducit atque omne corpus implicat et colligit, nimium timidum, parcum, versutum, minus liberalem indicat. cum autem celeritatem motuum pervideris atque incessus ⟨et⟩ oculorum perturbationem, capitis inconstantiam, anhelitum spissum, haec indicia hominem cladium magnarum

---

1. mentis] mentis sunt *x* celeritas *Rosius* Distorti passus celeris *L* distorti passus sceleris *A* distorti passus. Celeritas *Mo* celeritatis *Cz* sceleritatis *E* distorti passus *videtur lectio varia ad antecedens* restricti passus est *delendum videtur (Ad. p. 398, 12 ἅμα μὲν ὀρθότητι)* erecto corpore et honesto] honesto corpore et erecto *z* et *om. A* 2. atque] et *A* claro] callido *z* calidum] callidum *z* In alio. callidum *e* *om. AMo* indicat] indicant *A* declarat *C* 3. aggrediatur] adgrediatur *Mo* egreditur *A* aggreditur *C* agreditur *ES* res agendas] agendas res *E* magis quam] magnasque *Mo* perficiendas] *num* perficiat? 4. celeriter] sceleriter *AE* quidem] quid *Mo* quodlibet *S* *om. A* movetur] moveatur *x (et Rosius)* verum *om. AMo* submittit] summittat *LH* submittit autem *Mo* summitatem *A* submittat *ES* 5. oculos] occulorum *A* comprimit] conprimit *Mo* comprimat *Cz* conprimat *E* et vultum] vultumque *A* deducit] deducat *x* atque] et *A* 6. implicat] inplicat *Mo* implicet *x* colligit] conligit *Mo* colligat *x* nimium] animum *E, fortasse recte* In alio. nimium *e* timidum, parcum] parcum, timidum *Mo* parcum, versutum *om. A* versutum parcum *E* 7. minus] minusque *A* celeritatem] sceleritatem *A* sceleritati *E* celeritati *C (et Rosius)* celeritate *z* 8. motuum] motus *Rosius* pervideris] provideris *A* *om. x (et Rosius)* incessus] incessum *L* incessus accidit *x (et Rosius)* ⟨et⟩ *inserui* oculorum perturbationem] perturbatio oculorum *x (et Rosius)* oculorum] occulorum *A* 9. inconstantiam, anhelitum spissum] inconstantia, anhelitus (anelitus *E*) spissus *x (et Rosius)* anhelitum] anelitum *A* 10. haec] haec

auctorem et immanis audaciae declarant. qui breves passus habet eosdemque accelerat, malignus et plus quam timidus et imbecillis habendus est. tardus incessus si naturalis sit, etiam animum pigriorem indicat, si non potiora signa dissentiant. si autem procurata sit tarditas et interdum resistat, circumspiciat, cervicem erigat, superbiae dabit signum; recte autem eum etiam moechum et adulterum pronuntiabis. 76. cum autem manuum ac pedum motus cum totius corporis consentiunt motibus et cum humeri moderate et tranquille inferuntur cum leni inclinatione cervicis,

---

vel immanis

1. auctorem *om. Cz* immanis] nimiae *L* minime *A* nimiae *Mo* nimie *E* In alio. immanis *e* immunis *H* in munis *S* audaciae] audatiae *L* 2. habet] habent *AS* eosdemque] eosque *CH* et eos *E* accelerat] accessant *A* et] est *x* 3. quam] tamen *x* et] atque *CEH* imbecillis] inbecillis *ACES* inbecillus *Mo* *num* imbellis, *ut p. 66, 7; 106, 6; 107, 2; 131, 10? at cf. ad p. 120, 6* habendus est] est habendus *H* 4. sit] est *Ax* 5. signa *om. C, inser. c* dissentiant] discenciant *A* 6. et] ut *x* interdum] quia dum *Mo* resistat — 7 cervicem] circumspiciat et resistat et cervicem *z* resistat] recistat *A* restat *Mo* resistat et *CE* circumspiciat] circunspiciat *Mo* 7. cervicem] et cervicem *MoCE* erigat] resistat *S* reflectat *H* In alio. reflectat *e* dabit] est *E* erit *z* 8. eum] cum *A* euntem *x* etiam *om. Ax* moechum] maechum *L* mechum *x* et adulterum] mechiūdiū *A* pronuntiabis] pronunciabis *Lz* pronunciabit *A* 9. manuum ac pedum] pedum et manuum *x* ac] et *AMo* 10. consentiunt motibus] motibus consentiunt *x* humeri] bene *x* 11. et tranquille *scripsi ex Mo* tranquilleque *L (et Rosius)* ac tranquille (tranquillae *C*) *x* tranquillam *A* leni] laeni *L* levi *A* cervicis] capitis vel cervicis *CES* capitis atque cervicis *H*

---

omnia *E* indicia] india *C, sed* ci *suprascr. c* indicio *S* hominem *om. LAMo* cladium magnarum] magnarum cladium *x*

magnanimum hominem dicunt et fortem: huiusmodi leonis incessus est. qui autem humeros commovet, erigit tamen collum atque tendit, superbus atque insolens rectissime iudicabitur: est enim talis equorum incessus. haec satis esse arbitratur Palemon ad institutionem: minuta enim quaeque et similitudines subtilius atque accuratius comparatae ex his quae dicta sunt haud difficile constitui possunt. qui autem omni corpore moventur, manifeste atque evidenter effeminati sunt. ex his tolerabiliores sunt, qui cum moventur, corpus inclinant ad dextram partem, stultiores autem

---

1. hominem dicunt] dicunt hominem *C* huiusmodi leonis incessus est] Referuntur (refertur *E*) ad leonem cuius incessus huiusmodi est *CES om. H* 2. leonis] Leonum *Mo* qui autem — 4 equorum incessus *om. A* 3. erigit] et erigit *y* dirigit *LMo* tamen] tantum *E* In alio. tamen *e* tendit] vel tendit erigit *L* erigit *Mo* superbus] super bus *L* atque *scripsi ex Mo x* et *L (et Rosius)* 4. rectissime] recte *E* talis *om. x* 5. haec] hec autem *A* esse arbitratur] arbitratur esse *S* esse *om. AMo* Palemon] .p. *S* institutionem — 6 quaeque et] institutionem minutae inquisitionis· unde *LMo* instructionem minime inquisitionis. unde *A* 6. similitudines] similitudinis *A* In alio. institutiones *e* 7. accuratius *scripsi* artius *LAx* arctius *Mo* comparatae] paratae *Mo* his] hys *A* hiis *E* dicta sunt] sunt dicta *S* 8. haud] aut *A* haut *CE* hanc *S* difficile] facile *L* difficulter *H* constitui possunt] possunt constitui *x* constitui] dici *A* 9. corpore] tempore *Ax* moventur] permoventur *Cz* promoventur *E* In alio. permoventur *e* moventur, manifeste *scripsi* moventur manifeste *LAx* atque] et *z* effeminati — 10 moventur, corpus *om. x* 10. his] hys *A* tolerabiliores] tollerabiliores *A* sunt *om. Rosius* moventur *scripsi ex Mo* movent *LA (et Rosius)* 11. inclinant] inclinant se *A* declinant *x* dextram — p. 101, 1 declinat ad *om. A* dextram] dexteram *MoEH* stultiores autem sunt *scripsi ex Mo coll. Adam. p. 401, 1 ἀνοητότεροι* stulti autem et acres sunt *L (et Rosius)* stulti sunt acres autem *x* recte *ante* stulti *E et in marg. c*

sunt, quorum corpus declinat ad sinistram partem. qui autem submittunt sese atque omne corpus infringunt, inhoneste blandi sunt, quos Graeci *κόλακας* vocant: refertur hoc ad canes.

77. Cum quietus est spiritus ita ut aut nullum aut pertenuem praebeat sensum incurrens ac recurrens, in cogitatione constitutum hominem declarat, cuiusmodi autem cogitationes, fere [et] oculi indicabunt. cum spiritus interdum quiescit, longo autem post intervallo nimium trahitur vel editur tanquam in aestu

---

1. quorum corpus declinat] qui corpus declinant *Mo* sinistram] sinistrum *S* sinistram partem] partem sinistram *L Mo* partem *om. z* 2. autem *om. A* submittunt sese] sese submittunt *C* submittunt] summittunt *y* sese] se *A* infringunt] instringunt *A Mo* 3. inhoneste] in honeste *L* inhoneste blandi] inhoneste, blandi *Mo* quos — 4 canes *om. A* *κόλακας*] ΚΟΛΑΚΟC *L* *κoaakoc Cz* soaaRoc *E* 4. refertur] referuntur *C E S* hoc *om. x* 5. *ante* Cum *titulus* De Anhelitu *in L Mo,* De signis spiritus *in C,* De spiritu *in H* Cum] Dum *E* 6. praebeat] hanc *A* sensum] *num* sonum? *(Adam. p. 401, 4 ἀπνόῳ)* incurrens ac recurrens] incurrentium aut recurrentium (retrentium *E*) *x* ac] atque *A* 7. in cogitatione] incogitatione *A* cogitationum genera (genera et *E*) *x* et in cogitatione *in marg. c* constitutum — 8 fere et *om. C (sed in marg. add. c) et z* cuiusmodi *Rosius* Huiusmodi *L A Mo E* huius *in marg. c* 8. cogitationes] *num* cogitatio sit? *(Adam. ὁποία ἡ φροντίς)* fere et *om. C E* et *delendum duco* indicabunt] indicabunt cum suprascriptis *C* indicabunt cum supradictis *z* indicant cum supradictis *E* 9. cum — quiescit] Interdum cum quiescit spiritus *E* Interdum cum quiescit *C* Interdum cum quiescunt *S* Interdum autem cum quiescit *H* quiescit] conquiescit *Mo* longo autem post intervallo] longo autem temporis intervallo *E* In alio. post longum autem intervallum si nimius trahitur *e* post longum autem intervallum *C* longum autem (aut *S*) post intervallum *z* 10. nimium] nimius *Mo* si nimius *C E H* si nimis *S* trahitur] contrahitur *A* vel — p. 102, 1 revolutus] velut hedi in aestu revoluti *L* velud edi in estu constituti *A* velut hoedi tanquam in aestu revoluti *Mo* tanquam] tamquam *H* in] ex?

revolutus, in magna tristitia indicat hominem constitutum. cum autem etiam caput quatit et ingemiscit, paenitentiam rei a se male gestae vel male dictae continet. si tamen oculis in officio constitutis ac vigentibus ita videatur cogitationem versare, rem potius malam agere credendus est quam rei gestae paenitentiam sustinere. spiritus cum mugit et graviter concipitur atque editur, feritatem et vinolentiam indicat. quorum anhelitus ita perturbatus ac spissus

---

1. revolutus] vel resolutum *e* in] magis et in *CES* In alio. in magnis *e* tristitia] tristicia *LH* indicat hominem constitutum] hominem esse indicat revolutum *A* hominem indicat constitutum *C* hominem constitutum indicat *E* hominem *om. z* constitutum] resolutum *H* 2. autem *om. E* etiam *om. Ay* caput] capud *AE* quatit] etiam quatit *S* et quatit *H* et ingemiscit] vel ingenii sicut *A* 3. paenitentiam] vel paenitentiam precium *L* precium *A* pretium *Mo* rei] et rei *A* rei a se male gestae] male acte rei *z* a se] ase *L* *om. x* male gestae] malegestae *L* *om. C* gestae] acte *E* vel *Rosius* et *LAMo* *om. x* male dictae] maledictae *L* *om. y* 4. continet] *num* sustinet *ut l. 7?* oculis] occulis *A* officio] initio *C*, officio *in marg. c* constitutis] constitutus *S* 5. vigentibus] ingentibus *AS* urgentibus *C* ita] In alio. ita verius *e* videatur] verius *CS* verius est *H* cogitationem] cogitare *A* in cogitationem *CS* in cogitatione *MoEH* versare] versari *Mo* rem potius malam] potius malam (ad *C*) rem *x* rem] spem *Mo* specie *A* 6. malam] mala *A* agere] gerendam *EH* gerendam esse *CS* credendus] credibilius *Mo* paenitentiam] penitentiam *LCz* poenitentiam *Mo* 7. cum] qui *A* mugit et *om. C, in marg. add. c* graviter concipitur] granditer concitatur *AMo* 8. et] atque *H* vinolentiam *Mo (et Rosius)* violentiam *LAx* 9. *post* indicat *add. E et in marg. c verba quae supra (p. 98, 9 sq.) leguntur:* anelitus spissus habet haec indicia (habet haec indicia *om. c*). hominem magnarum cladium et inanis (In alio. immanis *e* immanis *c*) audacie declarant (declarat *c*) anhelitus] anelitus *AE* perturbatus] perturbatur *A* ac] atque *E*

est, sicut post cursum hominis esse solet, inconsulti, iracundi sunt, quibus omne sit actu dictuque facile et satis promptum. qui desuper trahunt spiritum et sursum versus revocant quibusque levis et spissus est anhelitus, timidi, imbelles, interdum effeminati sunt, si cetera signa conveniant.

78. Qui vocem gravem et quassam tanquam ex quassato vasculo promunt, stulti sunt et voraces. et quorum sonus ingratus est, sive sit solidus sive sit ovium voci proximus, stultitiam indicat. qui incipiunt a gravi voce et in acutam desinunt, faciles ad fletum ac lugubri animo sunt. qui acutam vocem cum siccitate promunt, versipelles ac subdoli sunt. qui acu-

---

1. est *om. S* sicut *scripsi ex Mox* ut *LA (et Rosius)* hominis] homini *A* hominis esse] esse hominis *L* esse homini *Mo* 2. iracundi sunt] sunt atque iracundi *E* In alio. atque iracundi. Quibus autem eque lenis vel levis et spissus est anelitus *e* iracundi] et iracundi *AMoH* quibus — 3 promptum *om. x* sit] fit *A* dictuque] atque dictu *Mo* dictuque facile et] dictu et facile *A* 3. qui — 4 revocant *om. C (sed in marg. add. c) et z* trahunt] currunt *A* 4. quibusque] Quibus autem aequae (eque *z*) *Cz* Quibus etiam *E* levis] lenis *Mo C* et] ac *Mo* 5. anhelitus] anelitus *AE* imbelles] inbelles *LMoS* inbecilles *ACE* interdum] quia dum *Mo* sunt *om. A* 6. si] sic *Mo* cetera] etiam cetera *E* caetera *Mo* signa *om. x* conveniant] conveniunt *Lx* consentiunt *Mo* 7. *ante* Qui *titulus* De voce *in LMoCH* gravem et quassam *scripsi cum E* gravem et *LMo* grandem et *A* quassam (crassam *S*) et gravem *Cz (et Rosius) (Adam. p. 404, 1 βαρὺ πάνυ καὶ σαθρὸν)* tanquam] tamquam *LC* ex quassato] exquassato *L* quassato ex *S* 9. ingratus] ingutture *LA* est *om. C* sit *om. E* solidus] *num* horridus? sit *om. Mox, fortasse recte* 10. voci *om. LAMo* voci proximus] voci sit proximus *C* sit proximus voci *E* incipiunt] concipiunt *z* 11. a gravi] e gravi *L* egra *A* ad fletum *scripsi ex LMo* affletum *A* affectum *E* affectu *Cz (et Rosius) (Adam. ὀδύρται, δύσθυμοι)* 12. animo sunt] sunt animo *A* 13. promunt] depromunt *z* deprimunt *Mo* versipelles] versi pelles *A*

tam et mollem habent vocem, effeminati sunt. qui vocem tanquam ex concavo depromunt gravem et inflexibilem, ingenio sunt virili et magnanimi. qui tardum et gravem vocis edunt sonum, tranquilli sunt, iocundi, affabiles. horum et iusti mores sunt. qui in modum avium vocem intendunt, proni in venerem, inanes et instabiles sunt. infracta vox et tenuis ac lugubris tristem, avarum ac suspicacem indicat. quorum vox incurrit in nares, ita ut resonent nares, mendaces, malivoli, invidi, gaudentes malis aliorum sunt.

---

1. et — vocem] vocem et mollem habent *E* et] ac *A* vocem *om. LA* 2. tanquam] tamquam *LH* concavo] cavo *E* depromunt] deprimunt *A* 3. ingenio sunt virili] ingeniosi viriles *Mo* virilis ingenii sunt *x* virili] viriles *A* magnanimi] magnanimes *L* magnanimi sunt *Mo cf. not. ad* et iusti mores sunt *l. 5* 4. et gravem] gravemque *L (et Rosius)* gravem *A* edunt sonum] sonum edunt *x* 5. iocundi] et iocundi *x* iocundi, affabiles] affabiles, et iocundi *Mo* et iucundi *Rosius* affabiles. horum *scripsi* horum affabiles *Cz (et Rosius)* affabiles *LAE* horum *Mo* In alio. horum affabiles mores *e* et iusti mores sunt] morumque iustorum *L* morum iustorum *A* mores *om. E videntur auctoribus Adam. p. 405, 2 sq. et vers. arab. p. 266, 14 sq. verba* horum et iusti mores sunt *ex hoc loco post* magnanimi *l. 3 transferenda* in modum] inmodum *L* more *A* in morem *H* (vel more) 6. avium] animum *A* vocem] voces *A* in venerem — 7 instabiles sunt] sunt in Venerem, et inanes et faciles *Mo* sunt in venerem inanes faciles (et faciles *E et c*) *x* in venerem] invenerem *L* 7. et instabiles *scripsi coll. p. 93, 10; 94, 5; 138, 17 et Ad. p. 405, 7* καὶ μετάρσια νοοῦντες facilesque *L (et Rosius)* faciles *A* infracta] inflata *x* et *om. A x* ac] et *A* 8. avarum] avarum *L* asperum *x* (vel asperum) ac *om. x* et *Rosius* suspicacem] suspicantem *S* indicat] dicit *Mo* quorum] quos *A* 9. incurrit in nares *scripsi ex Mo x* currit in nares *A* currit per nares *L (et Rosius)* ita *om. x* ita — nares *om. A* resonent] consonent *x* nares *om. x* 10. malivoli] mavoli *C*, li *inser. c* gaudentes malis aliorum *scripsi coll. p. 80, 4 et Ad. p. 406, 4* πήμασιν ἄλλων χαίροντες gaudentes malorum alienorum *L* malorum gaudentes alienorum *A* gaudentes malis alienis *Mo CEH (et Rosius)* gaudentes alienis malis *S* sunt *om. E*

intenta vox vehemens cui tanquam sonus quassus permixtus est, violentum, iniustum, odia gerentem omnibus significat. tarda vox inertem, praeceps imprudentem declarat. referenda est etiam vox sicuti cetera ad similitudines animalium: nam et canibus et simiis et asinis voces similes sunt in hominibus, et alius equo, alius porco proximam vocem emittit. ex similitudine igitur intellectum capies. quod autem supra de contrarietatibus constituimus et medium esse in plerisque optimum iudicavimus, hoc etiam de motu corporis et de voce pronuntietur, ut nimietatem ad

---

1. intenta] Item *C om. z* cui *om. x* tanquam] tamquam *LH* sonus — 2 est] permixtus sonus *x* quassus] squassus *A* 2. violentum] vinolentum *LMoCEH* odia] odium *x (et Rosius)* gerentem] generantem *LAMo* omnibus *om. E* 3. inertem] inhertem *E* praeceps imprudentem *Rosius* praecipitem inpudentem *LMo x* principem inpudentem *A* 4. est] autem *Mo* etiam *om. AE* sicuti] sicuti et *E* sicut *Moz* sicuti cetera *om. A* 5. similitudines] similitudinem *x* et *om. LA* canibus] animalibus *A* 6. et *(pr.) om. LA* simiis et asinis] avibus et simiis *z* et *(alt.) om. LAz* asinis *Rosius* avibus *LAMoCE* voces similes sunt in hominibus *scripsi ex Moy* similes voces sunt in hominibus *C (et Rosius)* voces hominum similes sunt *L* vox hominum similis est *A* 7. *ante* et *inser.* ut *Ec* equo] aequo *L* alius] et alius *A* porco] sui *x num* urso, alius ovi? *(Ad. p. 407, 6 οἱ δὲ ἄρνῳ, ἄλλοι δὲ προβάτῳ vers. arab. p. 268, 15 sq.* alii voci ursi similes, nonnulli arietis voci*)* proximam vocem] vocem proximam *E* 8. intellectum] intellectu *A* intellectus *C* capies] mutuabis *Cz* mutabis *E* 9. supra de] de supradictis *C* et supra de *y (et Rosius)* contrarietatibus] continentibus *A* tractatibus *C*, contrarietatibus *in marg. c* constituimus] constituitur *C* et *om. x* esse *om. Ax* 10. in plerisque] inplerisque *L* implendum sicque *C* iudicavimus] indicavimus *AMo* iudicandum *CE* iudicandum est. *z* 11. de *om. z* pronuntietur] pronuncietur *LH* pronunciandum. *E* ut *om. x* ad] in *E*

malam partem accipias, medietatem ac temperamentum optimum iudices.

79. Colorum species in corporibus gentibus attributae sunt. prout sunt igitur gentium ingenia, ita colorum similitudo noscenda est. color niger lenis imbellem, timidum, versutum indicat: refertur ad eos qui in meridiana plaga habitant, ut [sunt] Aethiopes, Aegyptii et qui his iuncti sunt. color albus subrubeus fortes et animosos indicat: refertur ad eos qui in septentrione commorantur. color vehementer albus virtuti est contrarius. cum color rubicundus est evidenter in omni corpore, dolis hominem stu-

---

1. malam] palam *A* accipias] accipi *x* ac *om. C* In alio. ad *e* temperamentum] adētemperamentum *C* 2. iudices] indices *A* iudicari *CĒH* indicari *S* 3. *ante* Colorum *titulus* De Coloribus corporis *in L,* De Colore corporis *in Mo,* De coloribus *in C,* De signis colorum *in E,* De colore *in H* in corporibus *om. x (et Rosius)* attributae] adtributae *Mo* attributae sunt] sunt attribute *E* 4. sunt *om. S* prout] Pro ut *L* pro *A* sunt *om. A* sunt igitur] sunt. Igitur *x* ita — 5 noscenda est] ita *(om. y)* ut colores sunt constituenda (constituenda sunt *H*) *x* 5. colorum] et colorum *A Mo* noscenda] nocenda *A* niger] igitur *A* lenis *om. A Mo recte, ut videtur* 6. imbellem] inbellem *L A Mo z* inbecillem *CE* timidum *om. x* versutum] versutum invidum *S* 7. in meridiana plaga] meridianam plaga *A* circa meridiem *x* habitant] inhabitant *Mo* ut — 8 Aegyptii] et (.i. *z*) ad *(om. H)* egyptios (egiptios *z*) *x* sunt *delendum puto* Aethiopes] ethiopes *L A* 8. Aegyptii] egyptii *L* egipthi *A* his iuncti] coniuncti *A* subrubeus] sub rubeus *L* et rubeus *C* rubeus *EH* rubenus *S* 9. et *om. Cz* indicat] indicant *A* ostendit *x* refertur] et refertur *C* 10. in septentrione commorantur] septentrionalis plage sunt (sunt plage *E*) *x* commorantur] morantur *A* vehementer albus] qui vehementer albus est *S* 12. est evidenter] est vehementer *S* vehementer est *H* evidenter] In alio. vehementer *e* hominem] hominum *L* studentem *om. H*

dentem versutumque declarat. color qui pallore deformatus est, imbellem, timidum eundemque tergiversatorem significat, si non aegritudo sit causa palloris. cum fuscior color pallori permixtus est, quod Graeci *μελάγχλωρον* vocant, voracem, loquacem, intemperatum irae atque linguae denuntiat. color ignitus ad insaniam vergit. color tranquille et moderate rubeus docile ingenium veloxque declarat. cum pectus solummodo rubore obductum est, iracundia inflammatum animum demonstrat. cum venae cervicis et temporum extant sanguineique sunt coloris, iracundum animum et vehementem ostendunt, nonnun-

---

1. versutumque] versutum *A om. x* deformatus est] deformatur *LAMo* 2. imbellem] inbellem *LAMoES* inbecillem *C* In alio. inbecillem *e* eundemque] eundem *A om. x* 4. fuscior] fuscus *A* 5. quod Graeci *μελάγχλωρον* vocant *inserui ex Mo* quod] *num* quem? *μελάγχλωρον scripsi μελάνχλωρον Mo* voracem *om. x* 6. intemperatum] temperatum *C*, in *antepos. c* intemperatae *Mo* In alio. intemperamentum lingue atque iracundie nunciat *e* irae atque linguae *scripsi ex Mo* irae linguaeque *L (et Rosius)* ire lingue *A* iracundie atque linguae (lingue *z*) *Cz* lingua iracundum *E* denuntiat] denunciat *L* nuntiat *CS* significat *H* 7. ignitus] igitur *Mo* insaniam] insaniem *A* vergit] vertit *E* color] Collor *E* tranquille — 8 rubeus] tranquillus et moderatus *x* et moderate] moderateque *Rosius* 8. docile — veloxque] boni ingenii virum *x* veloxque] velox *A* declarat] ostendit *CES* nuntiat *H* 9. solummodo] solum *AMo* tantummodo *E* obductum est] est obductum *E* 10. inflammatum] flammatum *AMo* demonstrat] declarat *CE* ostendit *z* 11. temporum] timporum *LCES* extant] exstant *AMo* existunt *x* vel extant *e* sanguineique] sanguinei q̄ *A* et sanguinei *Moy* vagillin *cum lacuna trium litterarum* et sanguinei *C* coloris *scripsi* oculi *LAMox (Adam. p. 388, 5 αἱματώδη τὴν χρόαν)* 12. animum et vehementem] vehementer *C* animum vehementer *ES* vel hominem *e* hominem vehementer *H* nonnunquam] non numquam *LCS* nonnumquam *A*

quam et insanum. cum vultus rubet, aut verecundum aut vinolentum declarat. discernamus ergo hunc ruborem oculorum indiciis. nam si oculi rubeant cum aliquo liquore, vino indulgentem ostendunt; si sicci sint et rubeant, iracundum, si temperati, verecundum.

80. Nunc repetenda sunt, ut supra proposuimus, quae proprie Loxus seu Aristoteles posuerunt vel aliter interpretati sunt, quamvis etiam locis suis aliqua adiunxerimus. quae enim Palemon dixit et consentanea sunt reliquis auctoribus, propemodum prosecuti sumus.

81. Loxus tres oculorum colores optimos constituit. et primam speciem ponit oculorum *χαροπούς*, quos inter nigros et glaucos vult videri, secundam con-

---

1. et] etiam *A* rubet] rubeus *E* In alio. vultus rubet *e* verecundum] vel iracundum *e* 2. vinolentum] violentum *AS* discernamus] discernemus *A* Discernes *Mo* ergo] igitur *Mo* hunc *om. x* ruborem oculorum indiciis] indiciis ruborem oculorum (oculorum ruborem *E*) *x* 3. indiciis] inditiis *LH* nam — rubeant] oculi si rubent *x* cum *om. x* 4. vino] vini *C* ostendunt] ostendit *S* declarant *E* 5. sint *Rosius* sunt *LAMox* verecundum] verecundum esse demonstrant *Mo* verecundum hominem designant. *E* 6. Nunc] Non *C*, nunc *in marg. c* sunt] est *A* ut] sicut *Mo* proposuimus] diximus *x* 7. proprie Loxus] loxus proprie *E* seu *om. A* Aristoteles] aristotiles *LCz* aꝛ *A* ar *E* posuerunt vel] aut dixerunt aut *H* seu *S* 8. sunt] In alio. alij *e* 9. adiunxerimus] adiunximus *A* iunxerimus *CH* iunximus *S* dixerimus *E* In alio. iunxerimus *e* adiunxerimus. quae enim] adiunxerimus, quae latius *Mo* et *om. A* 10. auctoribus] auctoritatibus *A* propemodum] prope modum *LCES* prosecuti] consuti *A* persecuti *EH* consecuti *S* 11. *post* sumus *vocem, qua x desinit, praebet C:* Explicit phisiognomiae secundum tres philosophos liber, *S:* Explicit phisnomia palemonis philosophi, *E:* Explicit 12. oculorum] occulorum *A* 13. oculorum] occulorum *A* *om. Mo* *χαροπούς inserui ex Mo* 14. inter *om. A* secundam] Secundo *Mo*

stituit *αἰγωπούς*, quos magis glaucis proximos, albidiores tamen constituit, tertiam speciem ponit nigris proximos. idem pingues oculos dicit mansuetos quidem esse, verum ad libidinem et ad lacrimas faciles. idem siccos impudentes pronuntiat; glaucis nimium adimit fortitudinem, impudentiam relinquit. idem dicit, quod pupillae, quotiens foris sunt et ad aures conversae, iocundum animum et mansuetum mentemque timidam indicent, conversas autem pupillas ad aures nimietatem in omnibus rebus ostendere. idem dicit, cum pupillae pars magna palpebra inferiore contegitur, mollioris animi esse, inanis, misericordis, angustae mentis, atque ita constituit medietatem oculi debere pupillam obtinere. idem dicit palpebram superiorem, si parva sit, tardum ingenium ostendere, si prolixior et deorsum summissa, infirmum atque imbecillem.

---

1. *αἰγωπούς scripsi coll. Arist. hist. an. I, 10 p. 492ª 3 et gen. an. V, 1 p. 779ª 35* *ἀρτώπους Mo* *om. L A* glaucis] glaucos *A* 2. tertiam] Terciam *L* tertiamque *A* speciem *inserui ex Mo* ponit] constituit *A* nigris] nigros *A* nigro *Mo* 3. quidem] que *A* quod *Mo* 4. esse, verum ad] est verum, ad *Mo* ad libidinem] albedinem *A* lacrimas] lacrymas *Mo* 5. impudentes *Rosius* inpudentes *L A Mo* pronuntiat] pronunciat *L* nimium adimit] si nimium *A* 6. impudentiam *Rosius* inpudentiam *L A Mo* relinquit] relinquid *A* idem] idem loxus *A* 7. quotiens] quoties *Mo (et Rosius)* 8. iocundum] iucundum *Mo (et Rosius)* mansuetum] mansuetam *Mo* mentemque *scripsi ex A* mentem *L Mo (et Rosius)* 9. timidam] et timidam *Mo* indicent] indicant *A Mo* aures] anres *A* *num* nares? 10. rebus *om. A* ostendere] ostendere dicunt *A* dicit *om. A* 11. inferiore] inferiore *bis A* 12. mollioris animi esse] molliores anime est *A* inanis] in anis *A* 13. ita *om. Mo* 14. obtinere] optinere *A* 15. si] Sed *A* 16. et] ac *Mo* summissa] submissa *Mo* imbecillem] inbecillem *A* inbecillum *Mo*

idem dicit circumcisionem palpebrarum, si rotunda fuerit, animosum magis quam sapientem indicare; si longa incisio fuerit et angusta, iniustum animum ostendere, si lata, immoderatum. idem dicit, cum anguli oculorum in acutum incisi sunt, non integram vel fidelem mentem ostendere, nisi sanguinolenta sit oculorum caro. idem dicit omnes qui cum pravis oculis nascuntur ad insaniam vergere. idem dicit palpebras crassas nec sanitati corporis convenire nec verae mentis indices esse. tenues palpebras et in sanitate optimas et mentem deo proximam indicare. 82. idem dicit capillos qui intra aures sunt, si plures sunt et spissi longique multum, calidum animum, libidinis appetentem indicare. cum autem aures pilis non carent, vigorem sensuum et mentis indicant, verum tamen surdi tales plerumque efficiuntur. idem dicit capillos qui intra nares hominis nascuntur, si quidem

---

1. circumcisionem] circuncisionem *Mo* palpebrarum, si rotunda fuerit] *bis A* 3. longa *om. A* incisio] intercisio *Mo* et *om. A* iniustum] in iustum *A* animum *scripsi ex L Mo* animosum *A (et Rosius)* 4. immoderatum] inmoderatum *Mo* dicit *om. A* 5. in acutum] inacutum *A* incisi] intercisi *Mo* 6. ostendere] ostendunt *A* 7. oculorum] angulorum *Mo* omnes] omnis *A* qui cum] quicumque *L* quicunque *Mo* pravis *scripsi ex Mo coll. p. 45, 4; 46, 9; Ar. probl. XXXI, 7 p. 958a 16* parvis *L A* 10. verae] vere *A* vero *L (et Rosius)* vomentis *Mo* mentis *om. Mo* palpebras] palpebrae *Mo* in sanitate] insanitate *L* 12. idem dicit capillos *scripsi* Capilli *L* Loxus capilli *A* idem dicit. Capilli *Mo* *ante* Capilli *titulus* De Auribus *in Mo* aures *scripsi ex Mo* nares *L A* si plures sunt *inserui ex Mo* 13. et *om. A* longique] et longi *Mo* multum, calidum] multum calidum *Mo* 14. appetentem] apparetem *A* indicare] indicant *Rosius* 15. vigorem sensuum et mentis indicant] vigorem indicant sensuum et mentis *Mo* 16. plerumque] plerunque *A Mo (et Rosius)* 17. si quidem] siquando *Mo*

densi multi crassique sint, immobilem animum durumque ostendere, si pauci mollesque sint, facilem ac docilem animum nuntiare. idem dicit balbos, quos Graeci τραυλοὺς ⟨vocant⟩, omnes esse elatos, superbos et corde rigidos existere.

83. Aristoteles dicit, cum frons compressior fuerit ad caput, quod graece ἀναστεῖλον dicitur, et nares in origine sua prope simae sunt, liberales esse et referri ad leonem. idem Aristoteles dicit eos qui supercilia obducunt deorsum, pupillas autem superius tendunt atque omni vultu summisso sunt, κόλακας esse id est inhoneste blandos et referri hoc ad canes. idem Aristoteles dicit eos qui vultu omni tranquillo sunt, pari modo blandos id est κόλακας esse et hoc ad canes

---

1. multi crassique] et multi et crassi *Mo* multi] multum? sint *scripsi* sunt *L A Mo (et Rosius)* immobilem] in mobilem *L* inmobilem *A Mo* durumque] et durum *Mo* 2. mollesque] molles *A* et molles *Mo* sint] fuerint *Mo* ac docilem animum] animum ac docilem *A* 3. nuntiare] nunciare *L* annunciare *A* *ante* idem *titulus* De Balbis *in Mo* balbos blandos *A* quos Graeci τραυλοὺς ⟨vocant⟩ *inserui* 4. omnes] homines *A* esse *om. Mo* superbos] superbos quos Graeci τραυλοὺς *Mo* 5. corde *scripsi ex A* corpore *L Mo (et Rosius)* 6. *ante* Aristoteles *titulus* De fronte *in L Mo* Aristoteles] aristotiles *L A* compressior] conpressior *Mo* fuerit] fuit *A* 7. caput] capud *A* quod graece ἀναστεῖλον dicitur *inserui ex Mo* ἀναστεῖλον *scripsi coll. phys. pseudarist. p. 80, 12* ἀνασείωδιον *Mo* 8. prope simae] propesime *A* liberales] liberalem *Mo* 9. *ante* idem *titulus* De Diverso corpore *in Mo* Aristoteles *om. A* 10. deorsum *inserui ex Mo* superius] supius *A* 11. omni vultu] vultu communi *A* summisso] submisso *Mo* κόλακας *inserui ex Mo* id est *scripsi* quod est *Mo* quidem *L* qui *A* 12. inhoneste] in honeste *L* in honestate *Mo* et *om. A Mo* referri] refer *A* hoc *inserui ex Mo* Aristoteles] aristotiles *L om. A* 13. eos *om. Mo* sunt *inserui ex Mo* 14. blandos id est κόλακας esse *scripsi* blandos esse idem κόλακας *Mo* blandos esse *L A (et Rosius)* hoc *scripsi* hos *L A Mo (et Rosius)*

referri. idem dicit, qui tenuem et acutam habet narem, querulum esse, qui graece *μεμψίμοιρος* dicitur. idem dicit, quibus origo narium tenuis est, impudentes esse: referri ad speciem corvorum. idem Aristoteles dicit prominentes satis oculos inertes esse: referri hoc ad asinos. idem dicit oculos caprinos libidini esse deditos: referri hoc ad caprum. idem dicit, qui rotundiores oculos splendidosque gerunt, quos Graeci *στίλβοντας* dicunt, insatiabiles esse veneris, ut galli, quos *ἀλεκτρυόνας* Graeci vocant. idem dicit animosos esse eos, quorum post primam iuventutem genae quodammodo duriores et nudae sunt, extimum autem mentum barba est obsitum. idem dicit eos qui vocem ita intendunt, ut proxime caprino balatu eam exasperent, furiosos esse in venerem: referri hoc ad capras. idem dicit insidiosos esse qui brevem habent cervicem, tanquam si infulciatur cetero corpori.

---

1. idem — 2 dicitur *inserui ex Mo* habet *scripsi* habent *Mo* 2. narem] *solet quidem noster* nares *dicere (cf. ann. phil. suppl. XV, 589), sed cf. p. 134, 13 et 14; 139, 12* 3. impudentes] inpudentes *L Mo* inpudent *duabus litteris abreptis A* 4. idem *om. A* Aristoteles] Aristotiles *L A* 5. prominentes *scripsi* promptos *L A Mo* oculos] occulos *A* referri hoc] refer *A* 6. caprinos] rapinos *A* 7. referri hoc] referuntur *A* 8. splendidosque] et splendidos *Mo* quos Graeci *στίλβοντας* dicunt *inserui ex Mo pro στίλβοντας phys. pseudarist. p. 78, 4 στιλπνοὺς praebet* 9. insatiabiles] insaciabiles *L* veneris] veneri *L Mo* 10. quos *ἀλεκτρυόνας* Graeci vocant *inserui ex Mo* *ἀλεκτρυόνας*] *ἀλεκτρύονας Mo* idem] Arꝛ *A* 11. esse eos] eos esse *A* genae] gense *A* 12. quodammodo *inserui ex Mo* autem] aut *A* 13. vocem *Mo (et Maier p. 10)* voce *L A* 14. ita *om. A* intendunt] intedunt *L* eam *om. A* exasperent] exalperetur *A* 15. in venerem] invenerem *L* referri hoc] refertur hos *A* 16. idem] Aꝛ *A* insidiosos] in sidiosos *L* esse *inserui ex Mo* 17. tanquam] tamquam *L* infulciatur *scripsi ex Mo* infulciat *L A* infulciant? *Maier p. 10*

μυκτηρισμὸς subsannatio vel aspiratio est narium et concussio prima vultus ac reductio oris, ut in risu solet fieri vel certe cum indignatione concepta εἰρωνικῶς sermone utimur, ut est ille sermo in bucolicis Vergilii: 'Mopse, novas incide faces, tibi ducitur uxor. sparge, marite, nuces, tibi deserit Hesperus Oetam.' qui haec ita dicebat, considerandum in quo statu oris † vel motus σαρκασμὸς dicitur. hoc vultu qui frequenter sunt absque indignatione, σαρκάζειν dicuntur. σαρκάζοντας igitur Aristoteles dicit contingere ea loca quae non oportet. 85. idem dicit, quotiens torus in fronte est superpositus superciliis, inquietos esse ac furiosos vel ut ipse nominavit ἄνους καὶ φρενιτικοὺς καὶ μωρούς. idem dicit eos qui colorem varium habent tanquam

---

1. μυκτηρισμὸς *scripsi ex Mo* et quibus *L (et Rosius) om. A* aspiratio] adspiratio *Mo* 2. prima] *num* perpetua? reductio oris *scripsi (ann. phil. suppl. XV p. 587) cum Mo* reducti oris *L* reductoris *A* in risu] inrisu *L num* in irrisu? 3. εἰρωνικῶς *inserui ex Mo* 4. est ille sermo] vergilius *A* 5. Vergilii *scripsi* Virgilii *Mo om. L A* Mopse] mobse *A* incide] incende *A* ducitur] dicitur *A* 6. deserit] deseri *una littera abrepta A* Hesperus] Hespersus *A* Oetam] Octam *A* 7. qui — 8 σαρκασμὸς dicitur *dedi, ut in Mo leguntur, etsi parum integra (num* in quo statu oris vel motu fuerit. ... σαρκασμὸς dicitur.*?)* et status oris vel motus corporis esse dicitur *L* Status oris vel motus dicitur *A* 8. frequenter *scripsi ex Mo* frequentes *L A* 9. σαρκάζειν dicuntur. σαρκάζοντας *inserui ex Mo* 10. Aristoteles] aristotiles *L* aꝛ *A* dicit *scripsi ex A* prohibet *L (et Rosius) om. Mo* ea] eo *A* 11. quotiens] quoties *Mo (et Rosius)* torus] thorus *L A* 12. superpositus] super positis *L* superciliis] ciliis qui *A* vel ut ipse nominavit *om. L* vel *scripsi* et *Mo om. A (et Rosius)* 13. nominavit *scripsi ex Mo* nominat *A (et Rosius)* ἄνους καὶ φρενιτικοὺς καὶ μωρούς *inserui ex Mo* φρενιτικοὺς *scripsi* φρενήτους *Mo* 14. idem] Aꝛ *A* tanquam] tamquam *L*

lente aspersum, quos φακώδεις Graeci appellant, vitam turpem, facta turpia exercere tam mulieres quam mares. idem dicit imperitos ac rusticos esse qui cum incedunt brachia inferunt et immoderate commovent et qui calcaneis innituntur. idem dicit eos quibus parvum est veretrum atque siccum, mulieribus esse deditos et quibus etiam cum non intenditur rectum est et qui feminis proximos habent vultus et ceteram corporis speciem, masculis autem esse deditos, qui corpore et vultu sunt virili et qui alterum ex oculis habent glaucum. ita et de mulieribus dicit mulieres coire cum mulieribus, quarum species est muliebris, masculis autem magis deditas, quae magis ad virilem speciem respondent, quae ἀρρενικαὶ dicuntur. qui virilia habent magna laneaque, stolidi sunt. idem dicit eos qui cum ambulant calcaneis introrsum, pedibus autem forinsecus conversis incedunt, posteriora sectari. idem dicit attemptantibus se facilem esse qui in alios turpis est, qui

---

1. aspersum] asperum *A* quos φακώδεις Graeci appellant *inserui ex Mo* φακώδεις *scripsi* φακώθεις *Mo* 3. imperitos] inperitos *LAMo* esse] esse et inmoderatos *Mo* cum incedunt] intendunt *A* 4. inferunt] inferant *Mo* immoderate] inmoderate *LMo* commovent] conmovent *Mo* 5. parvum est veretrum] veretrum parvum est *AMo* 6. atque] et *A* 7. non *om. A* 8. feminis] feminalibus *A* 9. masculis autem] masculinis etiam *A* corpore et vultu] vultu et corpore *Mo* 10. et qui] Equi *A* ex oculis] exoculis *L* 11. ita et] *num* idem? de mulieribus] demulieribus *L* *num del.? cf. p. 116, 6* 12. quarum] quorum *Mo* est *om. Mo* masculis] masculinis *A* 13. deditas] deditos *A* quae *Mo (et Rosius)* vel quae *L* qui *A* speciem *om. A* 14. quae ἀρρενικαὶ dicuntur *inserui ex Mo* 15. laneaque, stolidi sunt *om. A* laneaque] et lenia *Mo* cum *om. A* 16. autem] vero *A* 17. attemptantibus] atemptantibus *L* a'temptantibus *A* adtentantibus *Mo*

vultum gerat femininum et qui nigrum quod est intra oculum aliquanto pinguius habeat et qui laevum oculum glaucum gerat. 86. idem Aristoteles dicit sensibus esse eos tardiores, quorum crura incurva sunt, quae graece *ῥοικὰ* dicuntur: quos certum est detrectatione potius delectari. *ἀδόλεσχοι* vero sunt otiosi homines convenientes ad locum certum ineptisque narrationibus studentes et stolidis. *ἀδολέσχους* Aristoteles dicit esse, quibus aures magnae et ad vultum conversae sunt pedesque in modum falcium recurvi et quorum voci insonant nares et quorum latera tumida sunt ac recurva et quorum *ἰσχία* introrsum retracta sunt. idem dicit colorem plumbo similem et qui distinctus est maculis rotundis, quem ipse *μολύβδινον* appellat, omnemque sordidum colorem cutemque crassam ac rugosam, rotundum ventrem

---

2. laevum] levum *L* lenum *A* 3. oculum] occulum *A* idem *om. A* Aristoteles] aristotiles *L* Arꝛ *A* dicit *scripsi* dixit *LA Mo* 4. esse eos tardiores] eos tardiores esse *A* tardiores esse eos homines *Mo* 5. quae graece *ῥοικὰ* dicuntur *inserui ex Mo* *ῥοικὰ scripsi* *ῥοιη Mo* quos] qui os *Mo* 6. detrectatione *scripsi ex Mo* detractione *L* detractorem *A* *ἀδόλεσχοι scripsi* *ἀδολέσχεις Mo* per hos *A* *om. L* vero sunt otiosi *scripsi* enim sunt otiosi *Mo* sunt enim ociosi *L* enim occisi sunt *A* 7. ineptisque] in eptisque *L* et ineptis *Mo* 8. studentes et stolidis *scripsi ex Mo* studentes et stolidi sunt: *A* studentes. Et stolidos *L* *ἀδολέσχους* *inserui ex Mo* 9. Aristoteles] aristotiles *L* Arꝛ *A* esse *om. A* magnae] magnas *A* 10. pedesque] pedes *A* et pedes *Mo* in modum] inmodum *L* 11. et *(pr.) inserui ex Mo* 12. latera tumida] lacerta timida *A* quorum *ἰσχία om. A* *ἰσχία scripsi ex Mo (cf. ad p. 87, 9)* genua *L (et Rosius)* 13. sunt *om. A* plumbo] plumbi *Mo* 14. et] ei, et *Mo* *om. A* est *om. A* quem — 15 appellat *om. L* 15. *μολύβδινον scripsi* *μολύβδειον Mo* *om. A* 16. cutemque] et cutem *Mo* ac] et *A* atque *Mo*

et prominentem quibusque caro durior est et quibus surae crassae atque nervosae sunt et quibus vultus naresque crassae sunt, stoliditatis omnia haec esse indicia. deinde Aristoteles dicit invidos esse, qui sinistras partes maiores habent et quibus supercilia ad oculos detracta sunt. 87. de maledicis idem dicit, ubi ea pars quae super gingivas et oram labii superioris est eminet, id est medietas eius spatii quod inter nares est oramque labii superioris, maledicum designari. idem dicit maledicos esse, quibus labium superius altum est, vultus pronior hispidus subrubeus vel ut ipse dixit *ὑπέρυθρος*. accipitur autem *ἐρυθρὸν* in aliis rebus et ceteris animalibus magis de salacibus. idem dicit suras cum retractae sunt ad genua vel suffragines, indicare hominem qui ad coitum facilis sit et velox. idem dicit femur cum nimia carne circumdatum est, femininum potius videri, siccius solidisque

---

1. prominentem] pronitentem *A* quibusque] et quibus *Mo* 3. naresque] naris *A* et nares *Mo* omnia — 4 indicia] haec omnia indicia sunt *A* 4. Aristoteles] aristotiles *L* Arist' *A* 6. detracta] retracta *A* de maledicis *om. Rosius; cf. p. 114, 11* 7. gingivas] giragivas *L* 8. est *om. A Mo* eminet] iminet *A* id est — 9 superioris *om. A* id est] item *Mo* spatii] spacii *L* quod *scripsi* quae *L Mo (et Rosius)* 9. inter *Mo (et Rosius)* in *L* oramque] et oram *Mo* maledicum] maledictum *A* 10. maledicos] maledictos *A* 11. superius altum *scripsi* altum superius *L Mo (et Rosius)* alterum superius *A* 12. vel — *ὑπέρυθρος om. L* vel *scripsi* et *A Mo* ut] uti *Rosius* ipse dixit *scripsi ex Mo* dixit ipse *A* *ὑπέρυθρος scripsi ὑπέρυθρον Mo* gerere *A cf. Ps. Pol. p. 427, 8 sq.* accipitur — 13 de salacibus *inserui ex Mo* *ἐρυθρὸν scripsi ἐρίηρον Mo* 13. ceteris] caeteris *Mo* 15. indicare] indicat *A* 16. idem] Aꝫ *A* femur] femur tamen *A* circumdatum] circundatum *Mo* 17. siccius *scripsi ex Mo* siccis *L* similis *A* solidisque] et solidis *Mo*

ossibus virtuti assignari. idem dicit cum hispida nimium sunt femina et crura, pronos in venerem ostendere. refertur hoc ad capros. idem Aristoteles dicit nates sicciores viriles esse, nates amplis carnibus effeminatum ostendere. referri hoc ad *ἐπιπρέπειαν*. nates autem tanquam abscisas malignitatis esse signa. refertur hoc ad ursum et simiam. 88. idem dicit pantomimis et aleae deditos esse, qui brachium ab humero usque ad cubitum brevius habent quam est spatium ab humero usque ad caput summum. isdem vitiis attineri dicit eum qui femina parva, crura autem habet longiora. idem dicit tristes id est *δυσθύμους* esse, quibus vultus omnis rugosus est. idem dicit parva corpora velocia. cum autem sicca caro est in parvo corpore colorque calidus, inefficacem hominem ostendit. cum vero magno corpori caro mollis est,

---

1. assignari] adsignari *Mo* 2. femina] femora *A* crura] curva *L Mo* pronos] pronor *A* 3. refertur hoc] refer *A* Aristoteles *inserui ex Mo* 5. referri hoc ad *ἐπιπρέπειαν inserui ex Mo* 6. nates] nate *A* tanquam] tamquam *A* abscisas] abscissas *Mo* malignitatis esse] esse malignitatis *A* 7. refertur] referuntur autem *A* pantomimis] pantoninis *A* pantomimos esse *Mo* 8. deditos esse] esse deditos *A* esse *om. Mo* qui] quia *A* brachium] brachia *A* brachios *Mo* 9. cubitum] caput *L* manum *Mo* brevius] breviora *A* breves *Mo* quam] cum *L* quod *Mo* est *om. A* spatium] spacium *L A* 10. caput] capud *A* isdem *Rosius* Idem *L A Mo* 11. attineri] adtineri *Mo* dicit *om. Rosius* qui] et qui *Mo* femina] femora *A* 12. habet longiora] longiora habent *A* tristes id est *δυσθύμους scripsi ex Mo coll. p. 111, 14; 118, 7; al.* tristes *L A (et Rosius)* 13. idem] Ἀπ *A* 14. parva *om. Mo* autem *scripsi* igitur *L A Mo* sicca] sic *Mo* 15. colorque] color *A* et color *Mo* calidus *scripsi, ut olim (Ar. Pseud. p. 708) Rosius* candidus *L A Mo* inefficacem] in efficacem *A* 16. ostendit *scripsi ex A* esse *L Mo (et Rosius)*

quae ὑγρὰ graece dicitur, vel color est frigidus, inefficaces sunt. color autem calidus niger est, subniger, ignitus, rubeus, color frigidus albus est, medius inter nigrum et pallidum, quem Graeci μελάγχλωρον vocant, habetur. et calidi coloris signum, ut supra dictum est, meridianae plagae, frigidi septentrionali attributum est. rursum cum corpus parvum molli id est ὑγρᾷ carne circumdatum est et colorem ex frigidioribus sortitum est, facile perficit coepta et est efficax. corpus autem magnum cum sicca carne circumdatum est et colorem ex calidioribus sumpsit, efficax est vigetque sensibus.

89. Haec sunt quae apud Loxum et Aristotelem notanda esse credidimus, quae etiam a Palemone vel non dicta vel aliter dicta esse perspeximus. in ceteris enim propemodum omnibus hi tres auctores sibimet

---

1. quae ὑγρὰ graece dicitur *inserui ex Mo* est frigidus] frigidus est *A* 3. color] color autem *A* medius] Medius color *Mo* inter *Mo (et Rosius)* in *L A* 4. pallidum] pallidus *A* *num* album pallidus? *cf. p. 120, 7 sq.* quem Graeci μελάγχλωρον vocant *inserui ex Mo* 5. calidi] calidi quod *Mo* signum *om. A Mo* ut] sicut *Mo* supra dictum] supradictum *A (et Rosius)* 6. septentrionali] septemtrionali *A* attributum] at tributum *L* adtributum *Mo* 7. rursum] Rursus *A* parvum] parum *L* molli id est ὑγρᾷ *scripsi ex Mo coll. p. 132, 9* molli *L A (et Rosius)* 8. circumdatum] circundatum *Mo* 9. coepta] cepta *L A* est efficax] efficax est *A* 10. sicca carne] carne sicca *A* circumdatum] circundatum *Mo* est *om. A* 11. sumpsit] sumsit *A* vigetque] et viget *Mo* 13. Haec sunt quae] Que *A* Aristotelem] aristotilem *L* arχ^{15} *A* 14. notanda esse credidimus] esse credimus notand' supra dicta sunt *A* Palemone] Polemone *A (et ut constanter Mo)* vel *om. A* 15. dicta esse] esse dicta *A* ceteris] caeteris *L Mo* 16. propemodum] prope modum *L* prope modis *A* hi] hiis *A* auctores] autores *Mo* sibimet consentiunt] sibi consensiunt *A*

consentiunt. quoniam igitur et signa membrorum et significationes ipsae signorum propemodum expositae atque enumeratae sunt tanquam prima elementa, ut supra diximus, litterarum, nunc concipiamus atque constituamus species aliquas ex pluribus, sicut ex litteris syllabae constituuntur, ut informati a paucis exemplis tam Aristotelis quam Palemonis etiam per nosmet ipsos interpretari ac sociare signa valeamus et de moribus hominum instructi esse possimus, quamquam et superius nonnulla huiusmodi habeantur exempla.

90. Constituamus virum fortem. recto corpore debet esse, latera, articuli, ima pedum manuumque solida, ossa grandia, capillus durior, venter latus, aliquanto cavus, humeri fortes, scapulae seiunctae, pectus et metaphrena solida, *ἰσχίον* durum, surae solidae, crura non indigentia carnis, imi pedes discreti articulis, color acrior magis quam pressior, acies oculi velox humida, oculi non satis grandes non nimium

---

1. quoniam] Qui *A* signa] singna *A* 2. expositae *om. A* 3. enumeratae] connumerate *A* *num* enarratae? tanquam] tamquam *L* 4. litterarum] literarum *Mo* concipiamus] incipiamus *A* 5. ex pluribus] expluribus *L* 6. litteris] pluribus literis *Mo* syllabae] sillabe *A* 7. exemplis] extemplis *A* Aristotelis] aristotilis *L* $a\chi^{l'}$ *A* Palemonis] Palamonis *A* 8. valeamus] voleamus *A* 9. et] ut *A* quamquam] quanquam *Mo (et Rosius)* 10. nonnulla] non nulla *L* 12. *ante* Constituamus *titulus* De Fortibus *in L*, De Viro forti *in Mo* 13. manuumque] et manuum *Mo* 16. metaphrena] metafrena *A* *ἰσχίον* durum *inserui ex Mo coll. Adam. p. 409, 3 ἰσχίον σκληρόν; cf. ad p. 87, 9* surae] sure *LA* 17. imi] ima *A* articulis, color acrior] .articuli coloratiores *Mo* 18. color acrior *Rosius* coloratior *L* color arcior *A* pressior] pressiores *Mo* 19. humida *om. A*

patentes nec nimium conclusi, supercilia non extenta, frons nec levis nimium nec nimium aspera, vox durior ac vehementior, magnanimitate praecellens, anhelitus quoque tranquillus: huiusmodi viro virtus et fortitudo assignanda est.

91. Timidus et imbecillis capillo est molliore omnique figura remissiore, collo longiore, colore nigro vel pallido vel albo, sed et cum pallore albo, oculis siccis perturbatis, palpebris citis atque mobilibus, anhelitu pavido, cruribus tenuibus, ima parte spinae, quae graece ὀσφὺς dicitur, longa, pectore imbecilli, manibus longissimis, voce molli ac sonora. his timidus, ut diximus, indiciis declaratur.

92. Ingeniosus esse debet non satis procerus nec brevis, coloris albi, cui sit permixtus etiam rubor, capillo flavo non adeo crispo sed nec extenso, corpore

---

1. nec] non *A* 2. nec *(pr.)*] non *A* levis] lenis *L Mo* nimium *(alt.) om. A* vox] noto *A* 3. magnanimitate] magna nimietate *Mo* insignanimitate *A* *num* magna, claritate? *cf. Ad. μεγάλη et vers. arab. p. 270, 8* voce clara anhelitus] anhelitu *L Mo* anelitus *A* 4. quoque] *num del.?* 5. assignanda] adsignanda *L Mo* 6. *ante* Timidus *titulus* De Timidis *in L,* De Timido *in Mo* imbecillis] inbecillis *L Mo* *num* imbellis? *at cf. p. 59, 1; 80, 6; 83, 9* capillo] capillus *A* molliore *Rosius* mellino. ore *L Mo* mellino ore *A* omnique] et omni *Mo* 8. vel *om. A* pallido] palido *A* et] etiam *A* oculis] occulis *A* 9. anhelitu] Anhelitus *Mo* anelitus *A* 10. pavido *scripsi* pavidus *L Mo (et Rosius)* avidus *A* tenuibus *scripsi ex A* tenuis *L Mo (et Rosius)* 11. quae graece ὀσφὺς dicitur *inserui ex Mo* longa] longo *A* imbecilli] inbecilli *A* inbecillo *L Mo* 12. his timidus, ut diximus] Timidus quem diximus his *Mo* 13. indiciis *om. A* 14. *ante* Ingeniosus *titulus* De Ingeniosis *in L,* De Ingenioso *in Mo* Ingeniosus esse debet] Ingeniosi ita esse debent *Mo* 15. sit permixtus etiam] permixtus est et *A* 16. flavo] fulvo *Mo* sed *om. A*

recto, membris magnis, articulis discretis, carne moderata, aliquanto molliore, crura feminaque habens modice pleniora, suras robustas, manuum pedumque articulos fortes, digitos simplices moderate prolixos a se separatos, vultus non refertos carnibus nec nimium exiles, oculos humidos splendidos *χαροπούς*.

93. Qui sine sensu est, ita esse debet: albus nimis vel nimis niger, carne ambiri nimia, ventre ultra modum prominere, crassis cruribus, parvis articulis obligatis atque constrictis, iugulis nimium coniunctis atque conclusis, cervice vasta brevique, ima manuum pedumque habere debet imperfecta, malas et genas congestas carnibus, frontem rotundam, aciem oculorum non penetrabilem nec efficacem sed patulam.

94. Impudens homo ita esse debet: oculis patentibus lucidis, palpebris plurimum reseratis, crassis pedibus et manibus, contra intuens, altius se erigens,

---

2. feminaque] famora que *A* et femina *Mo* 3. pedumque] et pedum *Mo* 4. digitos *Mo (et Rosius)* digestos *L A* 5. a se] ase *L* a se separatos] separatos a se *Mo* vultus *inser. Rosius* refertos] refertis *L Mo* refectis *A* nec] non *L Mo* 6. oculos] occulos *A* humidos splendidos] splendidos humidos *A* *χαροπούς inserui ex Mo* 7. *ante* Qui *titulus* De Insensatis *in L,* De Hebete *in Mo* 8. ambiri nimia] nimia ambiri *A* ambiri] ambri *Mo* 9. prominere] prominente *A, fortasse recte* 10. obligatis atque constrictis] obligatus atque constructus *A* 11. vasta] vafra *Mo* brevique] et brevi *Mo* 12. pedumque] et pedum *Mo* habere debet *inserui ex Mo* imperfecta] inperfecta *L A Mo* malas *om. A* 15. *ante* Impudens *titulus* De Inpudentibus *in L,* De Inpudenti *in Mo* Impudens] Inpudens *L A* oculis] occulis *A* 16. reseratis *scripsi* separatis *L A Mo* *post* reseratis *fortasse inserendum* crassis, item *(Adam. p. 413, 2 ἀναπεπεταομένα παχέα)* 17. manibus] naribus *Rosius coll. Adam. l. l. παχύρριν, at vide Polem. vers. arab. p. 274, 7* crassis manibus et pedibus contra intuens *scripsi (Adam. ἀντίον ὁρῶν)* contra intuentes *L Mo (et Rosius)* contrahentuentes *A* altius *om. A* se] sese *Mo*

rubicundus colore, vocis acutae. huiusmodi impudens, iniuriosus homo est.

95. Constituamus hominem temperatum atque moderatum. vox est in eo gravior, tardus incessus, motus palpebrarum temperatus nec spissus nec per longum intervallum, *χαροπός*, cuius non tam perluceant oculi quam humorem proferant, vultus rubori honesto permixtus.

96. Homo securus ita intelligitur: frontem habet non tenui cute sed pleniore carne contectam, eandem levem et humilem atque omnem vultum in plenitudine magis quam in macie constitutum eundemque vultum tanquam ex somno vel somno proximum, oculos humidos perlucidos sine vitio intuentes, qui etiam tranquille moveatur et mansueta voce sit.

97. Tristis homo ita intelligitur: vultus tenuis,

---

1. vocis acutae] acute vocis *A* huiusmodi] huius modi *L* impudens] inpudens *Mo* 2. homo *om. L Mo* 3. *ante* Constituamus *titulus* De Temperatis *in L*, De Moderato *in Mo* 5. nec per longum intervallum *inserui ex Mo coll. Adam. p. 413, 7 τὰ βλέφαρα κινεῖ μέσως, οὔτε συνεχῶς οὔτε διὰ χρόνου* 6. *χαροπός inserui ex Mo coll. Adam. χαροπός* perluceant] per luceant *L* perluceat *A* 7. oculi] occuli *A* proferant] perficiantur *A* proferant, vultus] praeferant vultus *Mo* 9. *ante* Homo *titulus* De Securis *in L*, De Securo *in Mo* intelligitur] intellegitur *Mo* frontem habet] Si frontem habeat *Mo* 10. pleniore — 11 vultum in *om. A* pleniore] planiore *Mo* carne *scripsi ex Mo* cute *L* contectam] tectam *Mo* eandem] eundem *Mo* 11. levem *Rosius* lenem *L* levem et humilem] humilem et lenem *Mo* 12. magis quam] magisquam *L* 13. tanquam] tamquam *L A* ex somno] a sompno *A* somno] sompno *A* oculos] occulos *A* 14. etiam] et *A* 15. moveatur] moveantur *A* 16. *ante* Tristis *titulus* De Tristibus *in L*, De Tristi *in Mo* ita intelligitur] esse debet *A*

frons rugosa, supercilia introrsus conversa, cilia intenta.

98. [De androgyno,] qui inter virum est et feminam, quem Graeci *ἀνδρόγυνον* vocant, ita intelligitur: oculos habet humidos, qui impudenter intuentur, cuius quatiuntur et circumvolant pupillae, cuius frons contrahitur et malae, cuius non stant supercilia, cuius inclinata est cervix, cuius *ὀσφὺς* id est ima pars spinae non quiescit, cuius omnes artus incerti status sunt, qui insilit frequenter imis pedibus et calcaneis saepius insurgit, qui genua collidit, qui resupinatas plerumque manus praemovet, qui se circumspicit,

---

1. introrsus] in trorsus *L* introrsum *A* intenta] ingentia *Mo* 3. *ante* De androgyno *titulus* De Androgenis *in L* De androgyno *titulus in Mo, cancellis inclusi* androgyno] androgeno *L* androgino *A* inter virum *Mo (et Rosius)* invirum *L* in virum *A* 4. quem — vocant *om. A* *ἀνδρόγυνον scripsi ex Mo coll. Adam. p. 415, 4* ermafroditon HPMƏΦPΩΔΥΘΩƆ-. *L* ερμαφροδιτον *Rosius, quod mihi videtur glossa comparanti Plin. n. h. VII § 34 (Gell. IX, 4, 16)* ita intelligitur] intelligitur ita *A* intelligitur] intellegitur *Mo* 5. oculos habet humidos] occulos habent lucidos *A* impudenter] inpudenter *L A Mo* cuius quatiuntur et circumvolant pupillae *inserui ex Mo coll. Adam. l. l. καὶ δονεῖται τὰ ὄμματα καὶ περιτρέχει* 6. circumvolant] circunvolant *Mo* 7. non stant] monstrant *Mo* supercilia] et supercilia *A* 8. inclinata] indignata *Mo* *ὀσφὺς inserui ex Mo* id est *scripsi ex Mo* idem *A* quidem *L (et Rosius)* 9. spinae non *om. A* quiescit] inquiescit *A* omnes artus] omnis actus *A* 10. frequenter imis *scripsi ex A Mo* frequenter, imis *L (et Rosius)* 11. qui] et qui *A* collidit] colligit *A* conligit *Mo* resupinatas *scripsi cum Mo coll. Adam. l. l. χειρῶν φοραὶ ὕπτιαι Pseudarist. phys. p. 34, 3 αἱ φοραὶ τῶν χειρῶν ὕπτιαι καὶ ἕκλυτοι Dion. Chrys. or. 33 p. 18 D. (II, 26 R) χερσὶν ὑπτίαις διαλέγεσθαι* resupinatus *L* resuppinatus *A* 12. plerumque] plerunque *L A Mo (et Rosius)* praemovet] *num* permovet, *ut p. 60, 2?*

qui voce est tenui et tanquam quae insonet gutturi, cuius vox prope garrula nec ingrata interdum est nec interest an nimium tarda vox sit an praeceps.

99. Qui amarus est et litigiosus his indiciis apparebit: subrideat necesse est, quod Graeci *σεσηρέναι* † dicunt, quod talium vultibus hunc iracundia facere consuevit, prope pallebit, ovatis palpebris et siccis oculis intuebitur, frontem habebit rugosam, faciem vinolentam, anhelitum spissum, manus saepe collidet vel inter se complicabit, solum pedibus saepius tundet.

100. Mansuetum ingenium tale est: vultus omnis iocundus, carne molli, quam Graeci *ὑγρὰν* vocant, et aliquanto pleniore circumdatus, membra moderata, oculi tranquilli tardi, motus omnis corporis tardus,

---

1. tanquam] tamquam *L* quae *scripsi* quis *L* qui *Mo* quidem *A* quid? *Rosius* 2. vox prope] prope est *A* nec ingrata *corruptum videtur* 3. interest] inter est *L* inest *A* an] autem *A* an *om. A* 4. *ante* Qui *titulus* De Amaris *in L,* De Amaro et Litigioso *in Mo* Qui amarus est et *om. A* his indiciis] hiis signis *A* apparebit] adparebit *Mo* 5. est] est esse *A* quod Graeci *σεσηρέναι* dicunt *inserui ex Mo* *σεσηρέναι scripsi* *σηρέναι Mo* 6. quod — 7 consuevit *inserui ex A Mo* talium] in talium? hunc] habent *A* *delendum videtur* 7. pallebit] pallebit quam integram *A* *post* ovatis palpebris *fortasse excidit* asperis *(Adam. p. 417, 1 τραχὺ καὶ ξηρὸν βλέπειν)* 8. oculis] occulis *A* rugosam] rugusam *A* faciem vinolentam] faciem violentam *A* *num* vocem violentam? *(Adam. φθέγγεσθαι σφοδρὸν vers. arab. p. 282, 1* magniloquus*)* 9. anhelitum] anheltum *L* anelitum *A* collidet] conlidet *Mo* 10. inter se *scripsi cum Mo* inse *L* in se *A* complicabit] conplicabit *Mo* saepius *om. A* 11. *ante* Mansuetum *titulus* De Mansuetis *in L,* De Mansueto *in Mo* tale] talis *A* vultus omnis] hominis veltus *A* 12. iocundus] iucundus *Mo (et Rosius)* quam — 13 moderata *om. A* 13. circumdatus] circundatus *Mo* 14. omnis corporis] omni corpore *A*

vox gravior remissa, ultima linea capillorum capitis superius erecta.

101. *Εἴρωνας* Graeci dicunt occultos aliquanto et obscurae mentis homines, quorum os tamdiu fictum atque simulatum est et qui sibimet derogant id quod in aliis praeferunt, quoadusque obtineant quod proposuerunt obtinere. *εἴρων* ergo est qui circa oculos cutem habet relaxatam, oculos instructos ad speciem bonitatis, vocem summissam facilem ac volubilem, cuius incessus et sermo ita moderatus est, ut *ῥυθμῷ* id est numero proximus esse possit.

102. Qui pecuniae cupidi sunt, ita sunt: parvis membris, parvis oculis, parvis vultibus, celeri incessu, incurvi, celeri voce et acuta et quorum vultus tanquam rubore superfusus esse videatur.

---

1. remissa *inserui ex Mo coll. Adam. p. 418, 1 μαλακὴ* capillorum capitis *scripsi ex A* capitis capillorum *L Mo (et Rosius)* 2. superius *om. Mo* 3. *ante Εἴρωνας titulus* De Yronicis *in L* *Εἴρωνας*] YPONAC *L* Dronas *A* et *om. A* 4. quorum] corum *A* os] cor *Mo, fortasse recte om. L* tamdiu] tandiu *A om. Mo* 5. est *om. A* qui *scripsi ex A* quod *L* quidem *Mo* id *scripsi ex Mo* et *L A (et Rosius)* 6. quod] qui *A* quoadusque] quo adusque *A* obtineant quod proposuerunt obtinere *scripsi ex Mo* certis signis atque indiciis detegantur *L om. A fortasse post* obtinere *est scribendum* sed certis signis atque indiciis deteguntur. 7. *εἴρων*] Ypon *L* Iron *A* oculos *om. A* 9. summissam] submissam *Mo* 10. sermo] *num* motus? *(Adam. p. 418, 5 βαινέτω εὔστροφον καὶ κινείσθω πάντη εὐρύθμως)* *ῥυθμῷ*] PYΘMΩ *L* rithmo *A* 12. *ante* Qui *titulus* De Cupidis *in L Mo* pecuniae *scripsi cum Mo* pecunia *L A* 13. membris, parvis oculis] occulis, parvis membris *A* celeri] celsi *A* 14. incurvi *scripsi (Adam. p. 419, 3 ἐγκεκυφότα)* iniuriosi *L A Mo* celeri voce et acuta *scripsi (Adam. ταχύφωνον, ὀξυβόην)* scelesti ut et vita *L Mo* celesti ut in vita *A* et quorum vultus *scripsi (Adam. τὴν χροιὰν ὑποφοινίσσοντα)* eorum et actus *L Mo* eorum tactus *A* tanquam] tamquam *L* 15. superfusus] perfusus *A*

103. Homo hirsutus capillis nigris directis, hirsuto ore ac mento et temporibus, oculis pinguibus relucentibus furiosis erit pronus in libidinem, studiosus pantomimorum et aleae deditus.

104. Sunt quidam homines cum stultitia nocentes, qui graece *μωροβλάπται* dicuntur. hi signorum non una ratione noscuntur. nam interdum animalia signa gerunt, quae explorata atque perspecta dabunt etiam in uno homine utriusque rei intellectum. in quibusdam autem hominibus signa quidem sunt stultitiae, verum eadem exasperata atque efferata. quo igitur magis hoc clarum atque certum sit, respiciamus ad ea animalia, quorum unum quidem genus est atque

---

1. Homo — 4 aleae deditus] *hanc paragraphum, quae in L A Mo male post finem § 104* (efferati sunt) *legitur, huc referendam esse Adamantius p. 419, 5 sq. et Polemonis versio arab. p. 280, 5 sq. docent.* *ante* Homo *titulus* De Furiosis *in L,* De Furioso et Libidinoso *in Mo* hirsutus] hyrsutus *L A* hirsuto] hyrsuto *L* 2. mento] mente *A* temporibus] timporibus *L* temperantibus *A* oculis] occulis *A* 3. furiosis *scripsi coll. Pseudarist. phys. p. 38, 10 λιπαρὸν τὸ ὀμμάτιον καὶ μάργον et Adam. l. l.* furiosus *L A Mo* in] ad *A* *num* in vini libidinem? *(Adam. φίλοινος)* 4. pantomimorum] pantominorum *A* aleae deditus *scripsi (Adam. φιλόκυβος)* maledicus *L A Mo* *post* maledicus *L:* Explicit *A:* Explicit phisonomia anno iesu xp̄i milesimo centesimo LII. *Mo:* Finis libri De diversa hominum natura, prout a veteribus Philosophis ex corporum speciebus reperta est, cognoscenda. 5. quidam *scripsi ex Mo* quidem *L A* homines] hominum *Mo* stultitia] stulticia *L A* 6. qui — dicuntur *om. L* *μωροβλάπται scripsi* *μωροβλάπτοι Mo* *om. A* *μωροπόνηροι (post* dicuntur*) Rosius* hi] hij *A* 7. animalia *scripsi* alia *L A Mo* 8. quae *om. A* perspecta] perfecta *A* 9. uno homine] unum hominem *Mo* in quibusdam] inquibusdam *L* quibusdam] quibus *A* 10. quidem] quaedam *Mo* sunt *om. Rosius* 11. igitur] ergo *A* 12. hoc] hic *Mo* certum] incertum *L* 13. unum quidem] quidem unum *A* quidem] aliquod *Mo*

unum nomen, animus autem et corporis qualitas diversa atque discreta. nam quemadmodum ovis mansueta est, ita et alia animalia, ut asinus et capra et equus et sus et multa alia. sed quae mansueta magis sunt, et molliora sunt ac leviora et tranquilliora, quae vero ferociora, sicciora sunt et asperiora et vehementiora. ita in hominibus ergo interdum stultitia ipsa ferocior asperior horridior est, interdum affabilior ac lenior. nec solam stultitiam putemus vel stultitiae signa hanc habere discretionem: sunt et alia vitia quae in animi motibus denotantur interdum nocentiora, ⟨interdum leniora⟩ [sunt] et signorum duritia vel mollitia atque vel inaffectata simplicitate vel exquisita et elaborata simplicitate discernuntur atque noscuntur. nam et hominibus duobus iniustis propositis

---

1. animus] alius *A* *num* animi? 2. quemadmodum] quem admodum *A* 3. ita et] et ita *A* et *om. A* et *om. A* 4. et *(pr.) om. A* quae] quoniam *Mo* 5. sunt ac *om. A* leviora] leniora *L Mo* 6. ferociora] ferocia *L* ferocia ac *Mo* et *om. L Mo* et *om. L Mo* 7. ita] Ut *L* et *Mo* *num* ita et? *post* hominibus *nonnulla excidisse videntur, quae sunt apud Adamantium p. 422, 3* καὶ ἐπὶ ἀνθρώπων τοίνυν οὕτω χρὴ διαιρεῖν stultitia] stulticia *L* stultiora *A* 8. horridior] orridior *A* affabilior *scripsi coll. p. 10, 6; 104, 5; 128, 1* fallacior *L A (et Rosius)* facilior *Mo* 9. stultitiam] stulticiam *L* stultitiae] stulticiae *L* stulticie *A* 10. hanc *om. A* discretionem] discrecionem *A* 11. denotantur interdum *Rosius* denotantur. Interdum *L A* denotantur, interdum *Mo* nocentiora] innotiora *Mo* 12. ⟨interdum leniora⟩ *inserui (Ad. p. 423, 6* τὴν μὲν ἀγριωτέραν ἀδικίαν, τὴν δὲ ἡπιωτέραν*)* sunt *del. Rosius* duritia] duricia *L A* vel *om. Rosius* 13. mollitia] mollicia. que *L* mollicia *A* atque *scripsi* quasi *A* quae *Mo om. L* vel inaffectata *scripsi ex Mo* vel in affectata *L (et Rosius)* affectata *A* vel exquisita et elaborata simplicitate *inserui ex Mo* 15. et hominibus duobus *om. A* iniustis] inistis *L*

alter mollius et affabilius, alter atrocius ac violentius iniustus existit, et intemperantia est quaedam mollior, est et vehementior. et qui molles sunt, pars mansueti, pars bruti atque efferati sunt.

105. ..... his igitur indiciis quibus stoliditas denotatur si accedant, ut supra diximus, quae ferociora sunt aut asperiora aut vehementiora aut sicciora aut intenta, etiam malitia non inferior quam stultitia adiudicanda est. redeamus nunc ad superiorem speciem. quo igitur indicio in eo corpore nocentem stultitiam deprehendamus, in quo partim malitiae, partim stultitiae signa sunt, exemplum quod Palemon auctor huius speciei ex homine temporis sui posuit quem sceleratissimum fuisse asseveravit prosequamur. De

---

1. mollius] melius *A* affabilius] effabilius *Mo* atrocius] attrocius *A* violentius] violencius *A* 2. iniustus] Iniustis *L* ex iniustis *A* existit *scripsi cum Mo* ex istis *L* istis *A* intemperantia] in temperantia *L* 3. pars *om. A* 4. bruti] abrupti *L Mo* efferati *scripsi* effeminati *L* effrenati *A Mo* *post* sunt *exciderunt signa stoliditatis* 5. his igitur etc. *denuo incipit B* *post finem § 24 (p. 40, 3* esse ingenium*) praebet t* his] hiis *A* indiciis] inditiis *L* induciis *B* quibus *om. Mo* 6. denotatur] innotatur, sed in exterso *A* accedant *Rosius* accedat *L B Mo* accidat *A* ferociora *Mo (et Rosius)* facinora *L B* facinorosa *A* 7. asperiora] asperiosa *A* 8. intenta] *num* deteriora *(Ad. p. 421, 4 καὶ σκαιότερα)?* etiam] eciam *L* malitia] malicia *B* stultitia] stulticia *L B* adiudicanda] adindicanda *B* adiudicandum *Mo* 9. redeamus — speciem *om. L* superiorem] priorem *A Mo* 10. indicio] inditio *L* iudicio *A* in eo *om. B* nocentem] nocente *A* stultitiam] stulticiam *L B* 11. in quo] inquo *B* malitiae] maliciae *L B* stultitiae] stulticiae *L B* 12. quod — 13 posuit] quod temporibus suis palemon auctor huius speciei ex homine posuit *L (et Rosius)* quod temporibus suis pelemon (plemon *B*) posuit *u* quod Polemon temporibus suis posuit *Mo* 13. temporis sui *scripsi cum Maiero p. 4 coll. p. 43, 3* quem — 14 asseveravit *om. t*

homine vero dicit cuius erat nocens stultitia capillo fuisse tenso eodemque horrido tanquam ex frigore, capite angusto obliquo, auribus ingentibus inclinatis ac propemodum infractis, cervice dura, temporibus rotundis non levibus sed ut ipse Palemon nominat *γλαφυροῖς*; frons in eo fuit angusta et aspera, oculi parvi tenebrosi sicci cavi subdiffluentes rigidi, genae angustae prolixae, barba longissima, os longe rescissum patens semper ac si incisus vultus esset, omne intervallum oris eius apertum, incurvus ipse, utero prominente, cruribus crassis, articulis manuum et pedum vastis atque duris, quod est proprium stultorum, colore subpallido, tumentibus ciliis ita ut semper eum ⟨crapula⟩ vel somno pressum esse diceres, vox ovium similis impudens deformis detestabilis. praeterea

---

1. vero *om. t* stultitia] stulticia *LB* 2. tenso *scripsi coll. p. 137, 12; 120, 16; 140, 18 (Ad. p. 424, 4 τετανόθριξ)* denso *s* horrido] calido *B* tanquam] tamquam *L* ex frigore] exfrigore *B* 3. angusto] augusto *A* ingentibus] in gentibus *L* inclinatis] in clinatis *L* obclmātis *A* 4. propemodum] prope modum *L* propemodum infractis] prope infractis modum *A* infractis] in fractis *L* temporibus] timporibus *L* 5. levibus] lenibus *LB* sed] si *B* Palemon] p^{e}lemon *B* 6. *γλαφυροῖς inserui ex Mo coll. Adam. l. l.* eo] ea *B* 7. subdiffluentes *scripsi ex Mo coll. p. 48, 3 et 5* subdefluentes *L (et Rosius)* subride de fluentes *B* que defluentes *A* 8. barba *scripsi (Adam. γένειον μακρόν)* labia *s* rescissum] recisum *u* 9. ac si incisus] acsi proscissus *Mo* omne] omnem *A* intervallum] inter vallum *L* 10. oris eius] eius oris *A* incurvus] in curvus *LB* utero *scripsi ex LBMo* oculo *A* ventre *Rosius* 11. et pedum] acpedum *B* 12. est proprium] proprium est *B* 13. subpallido] sub pallido *L* ⟨crapula⟩ *inserui coll. Adam. l. l. ἐξ ὕπνου καὶ κραιπάλης* 14. vel *inserui ex BMo* somno] sompno *A* pressum] oppressum *A* esse *om. u* diceres] dicens *A* 15. impudens] inpudens *LAMo* deformis *om. Mo*

humeros eidem et palpebras spasmus frequentissime contrahebat; qui ita taedio et intemperantia agebatur, ut dentibus barbam absumeret semper atque ederet, ex mento autem vel alios longe positos capillos manu intorquens ori devorandos applicabat. hic autem homo omnes feras secundum Palemonis sententiam et omnes homines sui temporis malitia malos, stultitia stultos supergressus est et utriusque speciei larga et clara indicia homo unus hic edidit.

106. Nunc autem primo dicendum est de inverecundis. qui inverecundus est, ita esse debet: patulis oculis lucidis, palpebris crassis et sanguinolentis, aliquanto incurvus, scapulis in acutum eminentibus, non tamen erectus, ⟨verum⟩ pronior, mobilis, aspersus rubore, sublucente intrinsecus sanguinolento colore, vultu rotundo, pectore superius retracto, inferiore palpebra magis crassa; et quibus caput in modum

---

1. eidem] idem *B* eiusdem *A* spasmus] spatmos *B* 2. taedio] tedio *LB* tedeo *A* *num* inedia? 3. absumeret *scripsi cum Mo* ab sumeret *L* assumeret *u (et Rosius)* 4. ex mento] Exmento *L* Ex merito *B* ex merido *A* et mento *Mo* alios] alias *A* 5. intorquens] in torquens *L* hic *Rosius* His *LB* hys *A* Is *Mo* autem *om. Mo* 6. omnes] omnis *B* feras] feros *Mo* 7. malitia] malicia *LB* malos — 9 indicia *om. B* stultitia] stulticia *L* 8. supergressus] super gressus *L* 9. indicia] inditia *L* iudicia *A* homo — edidit] nimis hic edidit homo *A* 10. Nunc autem — de inverecundis *rubr. L* de inverecundis *rubr. B* De Inverecundis. *Mo* *om. A* 11. est, ita] est. Ita *A* esse debet] debet esse *B* 12. oculis] occulis *A* lucidis] lucis *B* 13. incurvus] in curvus *L* bicurvis *B* scapulis] spatulis *B* in acutum] inacutum *L* in acutis *A* non] nec *A* 14. erectus] eretis *B* ⟨verum⟩ *inserui coll. Pseudarist. phys. p. 30, 16* ἀλλὰ μικρῷ προπετέστερος 15. intrinsecus sanguinolento] intrinsecus. sanguinolento *Mo* 17. caput] capud *A* in modum] inmodum *LB*

mallei prolixum est et prominet ante ac retro, et quibus cutis oris tensa est, inverecundi sunt.

107. Honestas morum et tranquillitas hominis qui graece *κόσμιος* dicitur his indiciis colligenda est: movetur tardius, loquitur gravius, vocem infirmi potius spiritus quam expressam et claram habet, quam Graeci *τὴν κοιλοστομίαν* vocant, oculis erit non perlucidis, magis nigris, non satis clausis nec ⟨patulis⟩, ⟨palpebris⟩ tardis: palpebras enim celeres diximus alias imbellem, alias calidum indicare.

108. Homo animosus, qui graece *θυμοειδὴς* dicitur, ita erit: corpore rectus, lateribus idoneus, artus omnibus membris atque concinnus, prope rubicundus. huius

---

1. ac] a. ac *B* et *A* et] ac *A* 3. *ante* Honestas *titulus* De honestatae Morum *in L*, De honestate morum *in Mo* 4. qui — dicitur *om. L* qui] que *A* *κόσμιος scripsi cum Rosio, qui post* dicitur *inseruit* *λόις Mo om. u, sed in B post* dicitur *lacuna quinque litterarum* his] hys *A* indiciis] inditiis *L* indiscys *A* colligenda] conligenda *Mo* 5. tardius] tardus *B* loquitur] loquetur *B* 6. spiritus *om. Mo* expressam *scripsi ex B Mo* expressum *L A (et Rosius)* claram *scripsi cum Mo* clarum *Lu* habet *scripsi coll. p. 104, 1; 135, 4* subit *L A Mo (et Rosius)* subiit *B* quam — 7 vocant *om. L* quam] quod *B (et Rosius)* que *A* 7. *τὴν κοιλοστομίαν inserui ex Mo cf. Quintil. inst. or. I, 5, 32* *post* vocant *lacuna septem litterarum in B* perlucidis] per lucidis *L* 8. magis *om. A, et fortasse delendum (Pseudarist. phys. p. 32, 3 ὀμμάτιον ἀλαμπὲς μέλαν)* nigris] nigrum *A* ⟨patulis⟩ *inserui* apertis *Rosius* 9. ⟨palpebris⟩ *ego ante, Rosius post* tardis *inseruit* 10. imbellem] inbellem *s* calidum] callidum *L* 11. *ante* Homo *titulus* De Animosis *in L B Mo* qui — dicitur *om. L* *θυμοειδὴς scripsi* *θυμωειδὴς Mo om. u* *θυμώδης post* dicitur *inser. Rosius* 12. lateribus] laboribus *Mo* idoneus *scripsi ex B Mo coll. Pseudarist. phys. p. 34, 12 εὔπλευρος* idoneis *L A* artus] artubus *Mo* 13. membris atque] atque membris *Mo* concinnus] concinnis *L Mo* continuis *A* *voce* rubicundus *desinit B*

scapulae grandes separatae latae, extremitates pedum et manuum grandes tenaces, leve pectus, levia inguina, barba facile increscens, ultima linea capillorum capitis deorsum demissa, frons rotunda, capillus non planus, sed assurgens; supercilia trucia atque subrecta habebit et nares in origine sua id est super cilia aliquanto inferiores.

109. Mansuetus homo ita intelligitur: erit solido ac forti vultu, carne ampliore ac molli id est *ὑγρᾷ*, corpore maiore magis quam minore, mensuris corporis inter se congruentibus, aliquanto resupinus, ultima linea capillorum capitis superius reducta, imae manus ac pedes *γλαφυραί*, *γλαφυρὸν* autem intelligendum est, quod non uniforme est nec congestum sed discretum tanquam interrasum vel insculptum.

110. Misericordem ex his intelliges: *γλαφυροῖς* membris esse debet, cuius nominis significationem

---

2. leve] laeve *Mo* levia] laevia *Mo* inguina] nigra *A* 4. demissa] dimissa *A* 5. assurgens] adsurgens *Mo* 6. et] etiam *Mo* nares] aures *Mo* in — 7 inferiores *inserui ex Mo* obuncas *Rosius olim* cavas *vel* patulas *conieci coll. Ps. Pol. § 70 p. 427, 7 ῥινῶν κοιλότης* super cilia *scripsi* supercilia *Mo* 8. *ante* Mansuetus *titulus* De Mansuetis *in L Mo* solido *om. A* 9. ac] et *A* carne] et carne *A* id est *scripsi ex Mo* idem *L (et Rosius) om. A* *ὑγρᾷ* *inserui ex Mo* 10. maiore *om. A* 11. inter *scripsi cum Mo* in *L A* resupinus] resupini *A* 12. imae] sine *A* 13. pedes *e* pedis *corr. L* pedis *A Mo (et Rosius)* *γλαφυραί* — intelligendum est *inserui ex Mo* aut intelligendum est *A om. L (et Rosius)* intelligendum] intellegendum *Mo* 14. uniforme] uniformi *A* 15. tanquam] tamquam *L* interrasum] intra *A* vel *om. A* insculptum] inscultum *A* prosculptum *Mo* 16. *ante* Misericordem *titulus* De Misericordibus *in L Mo* his] hiis *A* intelliges] inteliges *A* intellegis *Mo* *γλαφυροῖς* *inserui ex Mo ante* membris, *Rosius post* debet debet *ὑγροῖς Sauppius* 17. membris esse] membris. Esse *L* esse menbris *A* debet] debet misericors *L om. A*

supra insinuavimus, coloris albi, nitidis oculis, naribus ex superiori parte tenuioribus. huiusmodi homines et ad lacrimas sunt faciles, mulieribus dediti et edunt facilius sobolem femininam, moribus autem propemodum multiformes.

111. Qui amoribus est deditus ita intelligitur: memor esse debet, ingeniosus, calidus, oculos habere prope lacrimantes et prope pallidos.

112. Libidinosi et intemperantes libidinum ita sunt: color albus, corpus hispidum rectis capillis, partes oris hispidae directis et solidis capillis et nigris, item tempora hispida similibus capillis. oculos habebunt pinguiores humidos, crura tenuia nervis intenta atque hispida, ventrem pinguem, mentum reflexum ⟨ad⟩ nares ita ut inter nares et mentum cava sit quaedam

---

1. nitidis *scripsi (Pseudarist. p. 36, 14 λιπαρόμματοι)* nigris *L A Mo* 2. tenuioribus] tenuoribus *A* 3. et *om. A* ad lacrimas] adlacrimas *L* lacrimas] lacrymas *Mo* 4. sobolem] subolem *Rosius* femininam] femineam *A* *verba* moribus — 5 multiformes *labem contraxisse videntur* autem] autem unus *Mo* autem sunt? 5. multiformes] uniformis *Mo* *num* uniformes? 6. *ante* Qui *titulus* De multiformibus moribus deditis *in L*, De moribus deditis *in Mo* amoribus *Rosius* diversis moribus *L* moribus *A Mo* intelligitur] intellegitur *Mo* 7. calidus] callidus *L Mo* 8. lacrimantes] lacrymantes *Mo* 9. Libidinosi] et libidinosi *L* et *scripsi ex A* id est *L Mo (et Rosius)* ita sunt] sunt ita *A* 10. hispidum rectis capillis *scripsi (Pseudarist. p. 38, 10 δασὺς εὐθείαις θριξί)* hispidum, recti capilli *L A Mo* 11. item *Rosius* ita *L A Mo* 12. tempora] timpora *L* habebunt] habent *A* 13. pinguiores *scripsi (Pseudarist. λιπαρὸν τὸ ὀμμάτιον)* pigriores *L A Mo* tenuia] tenua *A* nervis intenta] quae nervis intenta sunt *Mo* 14. hispida] hyspida *A* ⟨ad⟩ *inserui (Ps. Pol. § 72 p. 428, 2 ἀνεσπάσθαι τὸ γένειον πρὸς τὴν ῥῖνα)* 15. ut] ut pronae *Mo* quaedam] quondam *A*

planities, et quibus vena in brachiis est, et qui in palpebris capillos raros et defluentes habent.

113. Loquaces sunt, qui superiores partes corporis multo maiores habent quam inferiores ab inguine, qui vultus habent *γλαφυρούς*, supra autem expositum est hoc nomen, qui ventrem hispidum habent.

114. Quibus memoria viget, superiores partes corporis minores habent, easdem etiam *γλαφυρὰς* et sicciores.

115. Molles autem, quos Graeci *κιναίδους* dicunt, ita sunt: inclinato ad ⟨dextrum⟩ latus capite, coniunctis scapulis, qui extollunt calcanea, qui plerumque iunctos habent pedes, qui cum loquuntur glauciunt aliquatenus ut oves, qui narem suam respiciunt et qui narem digitis suis dirigunt atque fingunt, qui quod aut ipsi sputant aut alii sollicite calcant et ob-

---

1. in palpebris] inpalpebris *L* palpebras *Mo* 3. corporis *om. L Mo* 4. ab inguine] abinguine *L* qui vultus habent *om. L* 5. *γλαφυρούς Mo (et Rosius)* *ὑγρούς Sauppius* *om. L A* supra] superius *A (et Rosius)* autem *om. A* 6. habent. Quibus] habent, quibus *Mo* 8. etiam] esse *Mo* *γλαφυρὰς inserui ex Mo* et *om. A* 9. sicciores] solidiores? *(Pseudarist. p. 38, 16 σαρκωδέστερα)* 10. Molles *scripsi* Cinedi *L* inedi *A* Cinaedi *Mo* autem *scripsi ex L Mo* aut *A (et Rosius)* quos — dicunt *om. L* Graeci *scripsi* quidem *A Mo (et Rosius)* *κιναίδους* dicunt *scripsi ex Mo* dicunt *ἀνδρογύνους Rosius* *κιναίδους om. A* 11. ad] ab *A* ⟨dextrum⟩ *inserui coll. p. 77, 8 et Pseudarist. p. 34, 2 ἐγκλίσεις τῆς κεφαλῆς εἰς τὰ δεξιά* capite] capite erunt *A* coniunctis] conductis *Mo* 12. scapulis] spatulis *L Mo* calcanea] calcaneum *A* plerumque] plerunque *A Mo* 13. qui cum loquuntur *scripsi* cum loquuntur (locuntur *A*) qui *L A (et Rosius)* cum loquuntur: qui *Mo* 14. aliquatenus] quatenus *A* acutius *Mo* narem suam] *num* nates suas? 15. suis *om. A* fingunt] figunt *A* 16. alii] alius *Mo* sollicite] soliciti *A* solicite *Mo* obterunt] ob terunt *L*

terunt, qui saepe inspiciunt partes eas sui corporis quas pulchriores sibi habere videntur, qui frequenter subrident loquentes, qui vocem tanquam perfractam habent, qui supercilia seiuncta, qui demissum superius cilium ita ut inferius occupetur, quibus salientibus etiam scapulae prosiliunt, qui movent corpus ut mulieres, qui brachia perversa habent et qui tunicam circa lumbos tendunt, qui cum rident clamant et qui frequenter manus aliorum apprehendunt.

116. Multis locis dictum est nimietates esse vitiosas et optimam esse medietatem, sed nunc repetimus non sinceram esse medietatem nec summo examine exploratum id quod medium est nec semper atque in omnibus praevalere, sed interdum temperamentum tunc optimum iudicari, cum non medium inter duas nimietates constituitur, sed cum magis ad partem alteram vergit. exemplis igitur duobus vel tribus propositis erit hoc manifestius, quae signa sint optima. diximus etenim ⟨et altos et⟩ cavos oculos esse vitiosos. si igitur ad certam medietatem respiciamus, plani oculi

---

2. quas] quis *A* pulchriores] pulcriores *A* 3. tanquam] tamquam *L* 4. demissum] diversum *A* superius *om. A* 5. occupetur] occultetur? 6. movent corpus] corpus movent *A* 8. qui *(pr.)*] et qui *A* 9. frequenter] frequentes *L* apprehendunt] aprehendunt *A* adpraehendunt *Mo* 12. sinceram] cinceram *A* synceram *Mo* *num* certam, *ut l. 20 et p. 136, 14?* nec] nec nisi *Rosius, fortasse recte* 13. exploratum *om. A* nec] non *A* atque] eque *A* 14. praevalere *om. A* interdum] dum in *A* 15. inter *Mo (et Rosius)* in *L A* nimietates *Rosius* medietates *L A Mo* 16. partem alteram] alteram partem *A* 18. quae] quem *A* 19. etenim *Mo (et Rosius)* et enim *L* enim *A, fortasse recte* ⟨et altos et⟩ *inserui coll. p. 48, 14 et 47, 7 sq.* oculos] occulos *A* 20. respiciamus *scripsi ex L Mo* respicimus *A* respiciatur *Rosius* oculi] occuli *A*

erunt optimi; sed constituimus eos oculos esse optimos, qui aliquanto inferiores sunt quam plani: refertur enim hoc ad leonem. diximus etiam enorme et nimium caput nec non et breve esse vitiosum: secundum hanc igitur diffinitionem mediae magnitudinis caput optimum debuit iudicari, sed iudicatur optimum caput, quod aliquanto sit medio maius. item diximus os et cum breve est et cum enorme, esse vitiosum: secundum haec igitur mediae magnitudinis os optimum esse debuit, sed non ita est: os enim tunc optimum est, cum aliquanto est maius quam medietas constituit: refertur enim etiam hoc ad leonem. secundum haec igitur exempla medietas non ex mensura nec modo neque pro ratione cum in diversos motus fuerit certa capienda est, sed prout eam *ἐπιπρέπεια* dictaverit, haec enim medietatis et temperaminis auctor esse debet.

117. Quae sit autem vis *ἐπιπρεπείας*, superius expositum est: quae animum intuentis atque conside-

---

1. erunt optimi] optimi erunt *A* 2. refertur] defertur *A Mo* 3. hoc] hos *A* enorme] enormae *L* 4. caput] capud *A* nec non] necnon *Mo* 5. diffinitionem *scripsi ex L A coll. p. 62, 4* definitionem *Mo (et Rosius)* caput] cap̄ *A* 6. iudicatur] iudicant *A* caput] cap̄ *A* 7. et] que *A* 8. est *scripsi ex Mo* esset *L A* cum] est *A* esse] esset *A* 9. haec *om. A* 12. etiam *inserui ex Mo* hoc *om. A* ad leonem] adleonem *L* haec *om. A* 13. ex mensura] exmensura *L* nec] neque *A* 14. pro ratione *inserui ex Mo* cum] quae? in diversos] indiversos *L A* diversus *Mo num* inter diversos? motus *om. A Mo* 15. prout] pro ut *L* eam] ea *A* *ἐπιπρέπεια scripsi ex Mo* ratio *L om. A* 16. haec *scripsi ex Mo* nec *L A* ea *Maier p. 4* medietatis] meditatis *A* temperaminis] temperanimis *A* 18. *ἐπιπρεπείας scripsi ex Mo* artis huius *L* phisiognomie *A cf. p. 63, 6 sq.*

rantis ad certae speciei similitudinem mox trahit, cum aut feminini aut masculini aut alicuius animalis ingenium imaginatur. ut autem etiam proprietates possis animalium colligere, pauca ex Loxo exempla proponemus. nam Palemon partem hanc operosius, Aristoteles solito obscurius, Loxus autem breviter quidem locum hunc sed planius est exsecutus, quod homines sint animalibus similes.

118. Equus animal erectum est atque exultans, in certando animosum, victoriae cupidum, non impatiens laboris. homines ergo qui ad huius animalis speciem referuntur, capillo erunt tenso rubeo, genas habebunt maiores, collum longius, nares magis patulas, labium inferius demissum, erunt calidi in venerem, iactantes sui, contentiosi nimium, sapientes minus.

119. Asinus animal est iners, frigidum, indocile, tardum, insolens, vocis ingratae. qui ad huius ani-

---

1. ad *Mo (et Rosius)* et *L A* 2. aut] aud *A* aut] aud *A* aut] aud *A* 3. imaginatur] immachinatur *A* etiam proprietates *scripsi* proprietates etiam *Mo* proprietates *L A (et Rosius)* possis *Mo (et Pitra Spicil. Solesm. III p. 321 e Parisino, ut videtur)* possit *L A (et Rosius)* possis animalium] animalium possit *A* 4. colligere] conligere *Mo* ex Loxo exempla] exempla de Loxo *A* 5. Aristoteles] aristotiles *L A* 6. solito] secundo *L Mo* breviter — 7 exsecutus] breviter est, quod ad locum hunc adtinet, set planius executus. *Mo* quidem] quam *A* 7. est *om. A* exsecutus] executus *A (et Rosius)* quod — 8 similes *titulus in Mo* 8. similes] similes et cetera de equo per exemplum *A* 9. erectum est] rectum est *bis A* exultans, in certando] exultans in certando *L* 10. impatiens] inpaciens *L* inpatiens *A Mo* 12. referuntur] referentur *Mo* 15. contentiosi] optentōsi *A* nimium] nimis *A* sapientes minus] minus sapientes *A* 16. iners] nimis *Mo*

malis speciem referuntur homines, necesse est sint cruribus crassis, longo capite, auribus crassis longis, labiis demissis, voce deformi: qui sunt tardi, frigidi, penuriae atque iniuriae contemptores.

120. Bos animal est habens caput grande, frontem latam, oculos grandes, os latum, nares latas, latera grandia, ventrem pleniorem. ad huius animalis speciem homines qui referuntur, erunt indociles, consilii egentes, loquendi et agendi ignavi, tardiores, regi magis quam regere apti, non tamen sine honestate nec iniusti, sed fortes.

121. Cervus animal est timidum, velox, iracundum, incautum. qui ad huius animalis speciem referuntur homines, erunt longi, angustioribus membris, habentes genas maiores, velociter ambulantes: qui etiam facile ad iracundiam provocantur, parvum animum gerentes, instabiles, calidi et acuti nimium et inefficaces erunt.

122. Leo animal est edendi avidum magis quam bibendi, saevum cum irritatur, quietum cum non impellitur, vehemens cum cibo indiget, tranquillum cum satiatum est, forte et invictum cum dimicat. qui ad huius animalis speciem referuntur homines, erunt capite

---

1. sint] ut sint *A* 2. longo] longis labiis longo *A* longis, labiis *om. A* 3. demissis] remissi *A* remissis *Mo* deformi] deformes *A* qui] quidem *A* 4. contemptores] contentores *A* 5. caput] capud *A* 7. ventrem] ventre *A* 10. quam] quem *Rosius* apti *om. A* 13. incautum] in cautum *L* 14. erunt *om. A* membris] menbris *A* 15. qui] quin *Pitra Spicil. Solesm. III p. 322* 17. calidi *scripsi* callidi *Mo om. L A (et Rosius)* nimium] animi *Mo* 19. irritatur] iratur *A* impellitur] inpellitur *L A* interpellatur *Mo* 21. forte *om. A* et *inserui ex Mo*

grandiore, oculis perlucidis, rescisso ore, naribus capacibus, cervice solida, humeris et pectore ingentibus, ilibus angustioribus, femoribus siccioribus, pedes imos et manus habebunt discretas atque seiunctas, rubei aliquantum, refracto capillo. in his ingeniis affectus nullus, nulla fides amicitiae, nulla religio.

123. Canis animal est quod facile irascitur, facile blanditur, cibis suavibus deditum, quod Graeci *λίχνον* vocant, offenditur facile, quod graece *φιλεγκλῆμον* dicitur, vigilat facile. qui ad huius animalis speciem referuntur homines, erunt acuti vultus, proscissi oris, longi corporis, acutae naris, oculorum eminentium, maledici, calidi, leves, facile irascentes.

124. Simia est animal malignum, ridiculum, turpe. qui ad huius animalis speciem referuntur homines, erunt parvi, cavis oculis, malae barbae, brevibus cervicibus, parvorum oculorum, rugosi vultus, imitatores

---

1. perlucidis *scripsi cum Mo* perlucidi *L (et Rosius)* superlucidis *A* rescisso *scripsi coll. p. 129, 8* scissi *L Mo* sicco *A* 3. femoribus] faemoribus *L om. A* imos] imolis *L* 4. *post* seiunctas *lacuna statuenda videtur* rubei] rebei *A* 5. aliquantum] aliquantulum *A* his] hiis *A num* huiusmodi? ingeniis *scripsi ex Mo* ingenii *L A (et Rosius)* 6. fides amicitiae, nulla] fides, amicitiae nulla *Mo* 7. irascitur] irascatur *L (et Rosius)* 8. blanditur] blandiatur *L (et Rosius)* deditum] deditus *A* quod — 9 vocant *om. L* *λίχνον scripsi* *λιχνὸν Mo* *lacuna octo vel novem litterarum in A* 9. offenditur — 10 dicitur *post* vigilat facile *A (et Rosius)* quod — 10 dicitur *om. L* *φιλεγκλῆμον scripsi* *φιλεγκλήμων Mo* *om. A* 10. *post* dicitur *lacuna decem vel undecim litterarum in A* 11. homines *inserui ex Mo* acuti — oris] parvi, vultu intercisioris *Mo* proscissi oris] procisioris *A* 12. acutae naris *scripsi ex Mo* acuti moris *L A (et Rosius)* 13. calidi *scripsi ex A* callidi *L Mo (et Rosius)* leves] lenes *A* facile] faciles *A* 15. homines *inserui ex Mo* 16. malae] male *L A* 17. oculorum] occulorum *A*

ingeniorum alienorum, ipsi imperfectum ingenium habentes.

125. Anser animal est audax, pigrum, inane, clamosum. qui ad huius animalis speciem referuntur homines, erunt latis pedibus, cruribus brevibus, grandibus calcaneis, naribus longis et directis, capite propemodum rotundo, oculis rotundis splendidis, dorso lato. huiusmodi hominibus nihil est commendandum: non enim reddent quod acceperint, fidem autem minus repraesentant ex eo magis quod edaces sint ⟨quam⟩ quod parum fideles. idem ipsi et quod dederunt reposcere negligunt.

126. Lupus animal est rapax, iracundum, insidiosum, audax, violentum. qui ad huius animalis speciem referuntur homines, ita erunt: naribus obuncis, deorsum detractis superciliis coniunctis hispidis, oculis parvis clausis subcavis, capite parvo rotundo, hispido corpore, protensis capillis, reductis ac restrictis cruribus. huiusmodi homines callidi, impii, gaudentes sanguine, ad iracundiam faciles, moribus pravi usque adeo sunt,

---

1. imperfectum] inperfectum *L A Mo* 3. est *om. A* audax] *num* edax *coll. l. 10? at cf. Pol. vers. arab. p. 184, 2:* anser rigidus pavidus audax pigrum] pi̇ġ *A* 5. homines *om. A* grandibus] grandis *A* 6. propemodum] prope modum *L A* 9. quod acceperint *om. L Mo* 10. repraesentant] *num* praestant? ex *om. A* magis quod] quod magis *A* edaces]aedaces *L* quam *Mo (et Sauppius) om. L A (et Rosius)* 11. dederunt] dederint *Mo* 12. negligunt] necligunt *A* neglegunt *Mo* 13. animal est] est animal *L (et Rosius)* iracundum] iracundis *A* 14. ad huius] adhuius *L* 15. homines *inserui ex Mo* ita *om. A* deorsum] dorsum *A* 16. coniunctis] contectis *A* 17. clausis] clusis *Mo* subcavis] sub cavis *L* hispido corpore] corpore hispido *A* 19. homines *om. A* callidi] calidi *A* impii] inpii *Mo* 20. moribus *om. Mo* pravi] parvi *A*

ut quod datur vel offertur non accipiant, quod non datur rapiant.

127. Testudo animal est iners, stultum, vorax, quod neque sibi aliquid neque cuiquam alteri prodest. mulier quaecunque ad huius animalis speciem refertur ita est: collo brevi, dorso lato, pedibus latis, rugoso vultu et maxime malis. huiusmodi mulier inepta, inefficax, ingrata.

128. Coluber animal est saevum, nocens, insidiosum, cum constituerit animum terribile, cum timuerit fugax, gulae deditum. qui ad huius animalis speciem referuntur homines, ita erunt: capite parvo tenui rotundo, oculis parvis rotundis lucidis, collo longo tenui, ore praeciso, prolixo corpore, pectore acuto, caput velociter et facile commovebunt. homicidae quoque huiusmodi homines erunt, audaces, timidi, studentes malitiae.

129. Noctua, quae graece ⟨γλαῦξ⟩ dicitur, animal est loquax, ignavum, mutabile, nunquam in isdem permanens locis, sine affectu adeo ut pullos non ipsa

---

1. quod datur vel offertur] quae dant vel offerunt *A* 2. datur rapiant] dant recipiant *A* 4. cuiquam *om. A* 5. quaecunque] quaecumque *A* 7. inefficax, ingrata] ingrata inefficax *A* inefficax] in efficax *L* 10. constituerit animum terribile *scripsi ex Mo* constiterit, animum terribilem *L A (et Rosius)* 11. fugax *scripsi ex Mo* fugit *A* fingit *L (et Rosius)* huius] huiusmodi *A* 12. homines *inserui ex Mo* ita *om. A* 14. praeciso] rescisso *Mo* acuto *Pitra l. l.* astuto *L A Mo num* angusto? 15. huiusmodi homines] homines huiusmodi *A* 16. timidi] tumidi *Rosius, sed cf. l. 10 et p. 73, 11* 17. quae — dicitur *om. L* γλαῦξ *inserui ex Mo ante (Rosius post)* dicitur *om. A* 18. est *om. A* loquax *inserui ex Mo* ignavum] ignavium *A* nunquam] numquam *L* isdem] hisdem *L A Mo* 19. locis *om. Mo* sine] cum *A* pullos] pulles *A*

educet, masculus enim educat filios, cum pullis convenit, variis locis habitat, mediis in muris commoratur: adeo pigra est. mulier quae ad huius ⟨animalis⟩ similitudinem refertur, ita erit: obuncis naribus, genas magnas habebit, oculos magnos rotundos, humeros fortes, dorsum latum crassum. huiusmodi mulier nec filiis fidelis nec marito, parsimoniae ignara, manu iners, linguae indulgens.

130. Pavus animal est pulchritudini studens, stultum, posteriores partes corporis sui referens, clamosum, femininae vocis. quicunque ad huius animalis speciem referuntur homines, erunt graciles, non indecori corpore, capite prope rotundo, speciosis oculis, cervice procera, incessu pulchri. idem ipsi erunt faciles ad largiendum, moechi, cinaedi.

131. Gallus, qui graece *ἀλεκτρυὼν* dicitur, animal

---

1. educet *scripsi cum Mo* educat *L (et Rosius)* educat suos *A* educat] educit *Rosius* 2. mediis *inserui ex Mo* 3. mulier — 4 similitudinem] Quae ad huius similitudinem mulier *Mo* ⟨animalis⟩ *inserui* 4. ita *om. A* 6. mulier] mulieres *A* 7. filiis fidelis nec marito *scripsi* fidelis (fideles *A*) filiis nec marito *L A* filiis nec marito fidelis *Mo* parsimoniae ignara, manu *Rosius* parsimonia et ignara manu *L A* parsimoniae gnara, manu *Mo* 8. linguae] lingua *L Mo* lingue *A* 9. animal est] est animal *A* pulchritudini] pulcritudini *A* pulchritudinis *Mo* studens] tumens *Mo* 10. partes corporis sui *scripsi ex Mo* partes sui corporis *L (et Rosius)* sui corporis partes *A* 11. femininae] feminee *A* quicunque] Quicumque *L* ad huius] adhuius *L* huius] huiusmodi *Mo* 12. homines *inserui ex Mo* erunt *om. A* non indecori] nec indeceri *A* 13. oculis] occulis *A* 14. pulchri] pulcro sunt homines huius *A* idem] lidem *Mo* 15. moechi] mechi *A* cinaedi] ciñi *A* 16. qui — dicitur *om. L* *ἀλεκτρυὼν ante* dicitur *inserui ex Mo, post* dicitur *Rosius* *post* dicitur *lacuna quinque vel sex litterarum in A* animal est] est animal *A*

est ineptum, in venerem calidum, speciei ac vocis suae gerens fiduciam magnam. qui ad huius animalis speciem referuntur homines, ita erunt: oculo rotundo nitenti, capite parvo mobili, subrecti collo, levibus humeris, in quibus vis et calor eorum omnis constitutus est. interdum coma capitis gloriabuntur, erecta habebunt crura, barbam honestam, ⟨erunt⟩ vocales, honorem sibi plurimum deferentes, quos necesse est et certamina celebrando superbos esse, aliena libenter assumere, non esse contentos matrimoniis propriis, sine gravitate, sine consilio, sine reverentia esse.

132. Iuxta haec exempla etiam ceterorum animalium proprietates tam minimas quam maiores corporis partes considerans ad species humanorum morum, prout cuique animali quisque proximus fuerit, referes. retinendum autem, quod interdum ex diversis animalibus de quibus iudicavimus signa conveniant in unum hominem, quae res difficilis quidem ad considerationem,

---

1. in venerem calidum *om. Rosius* ac] et *A* 3. referuntur] refertur *A* homines *inserui ex Mo* ita *om. A* oculo] occulo *A* nitenti] intenti *A* 4. mobili] mobiles *A* subrecti] surrecti *A* subrecto *Mo* levibus *Mo (et Rosius)* lenibus *LA* 5. calor] color *L* 7. crura] crucra *A* ⟨erunt⟩ *inserui* 9. superbos] etiam superbos *Mo* assumere] adsumere *L* haud sumere *Mo* 10. esse] esse conantur *A* 12. haec exempla etiam] hoc exemplar et *Mo* ceterorum] caeterorum *Mo* animalium] animalis et *A* 13. minimas] minimi *LMo* animi *Pitra l. l.* quam maiores *om. LMo* maiores *om. Pitra* corporis] compositionis *A* 14. partes *om. LMo* considerans *Rosius* consideratas *LAMo* prout] pro ut *L* 15. referes *scripsi* instrueris *LAMo* instruxeris *Rosius* 16. interdum] dudum *Mo* ex diversis] exdiversis *L* est diversis *A* 17. conveniant in unum] in unum conveniant *A* 18. quae] quam *A* quidem] quod est *Mo*

sed tamen ad speciem suam singula referenda sunt nec dubitandum pluribus animalibus unum hominem similem pronuntiare. si enim ita evenerit, ut et equi et simiae signa conveniant, non dubitabis eidem et equi insolentiam et simiae malignitatem assignare, vel si tribus animalibus proximus quis fuerit, trium animalium mores illi confidenter ascribe. certum autem est inspectionem hominum ex eo difficilem esse, quod homo unusquisque vitium suum celare nitatur. sed et studia et conversationes satis humana ingenia obscurant, idque ipsum de quo nunc agitur frequenter evenit, ut multiforme sit unius hominis ingenium, animalia autem simplicia, nuda atque incauta sunt et naturam suam singula in promptu habent.

133. Usque adeo autem Palemon et Loxus doctrinam hanc proferunt, ut etiam futurorum quaedam praedicere eam confirment. ex pluribus igitur quae

---

1. tamen] tantum *Mo* singula] signa *A* 2. animalibus] animalis *A* 3. et *om. A* equi] aequi *L* eque *A* 4. *post* conveniant *verba* in unum hominem — signa conveniant *(p. 143, 17—144, 4) in Mo repetita sunt ita ut pro* quidem *legatur* est quod, *pro* tantum *extet* tamen non dubitabis] indubitandum *A* 5. equi] aequi *L* eque *A* insolentiam] insolentia *A* assignare] adsignare *Mo* 6. animalibus] alia *A* 7. mores illi confidentur ascribe] ascribe mores illi confidenter *A* ascribe] asscribe *L* adscribere *Mo* certum] Tertum *A* autem est] est autem *A* 8. inspectionem] inspectionum *A* ex eo] exeo *L* difficilem esse] esse difficilem *Mo* 9. vitium] vicium *L* celare] caelare *L* nitatur] vitatur *A* 10. et *(alt.) om. Mo* 11. idque] id que *A* 13. sunt et] et secundum *A* 14. in promptu] inpromptu *L* in promtu *A* *inter* habent *et 15* Usque *in L verba* nam mox — frequenter nominavimus *p. 64, 3—65, 6 leguntur* 16. proferunt *scripsi* preferunt *L* praeferunt *Mo (et Rosius)* praefertur *A* ut *om. A* futurorum quaedam] quedam futurorum *A* 17. praedicere] praedicte *A*

Palemon se praedixisse retulit duo vel tria ponemus exempla, ne vel hoc omissum sit. Apud Samum in convivio hominis vultum se considerasse dicit, qui mutaret interius cuiusque oculi differentiam ..... et † splendorem vivacitatis suae pupillae, inquit, eius amiserant. haec igitur intuens Palemon divino etiam praesagio praedixit quid ei futurum esset, et tunc maxime coepit ex his indiciis cognoscere veritatem .....

---

1. ponemus exempla] exempla ponemus *Mo* 2. omissum] postmissum *A* Samum] sámū *A* 3. convivio] continuo *A* 4. interius *om. A* *num* frequenter colorem? *cf. Pol. vers. arab. p. 288, 8 sq.* oculi] occuli *A* differentiam] differenciam *A* *haec et sequentia labem contraxerunt* 5. splendorem] splendorum *A* inquit] inquid *A* amiserant *scripsi ex L Mo* amiserunt *A (et Rosius)* 6. etiam] et *A* praesagio] instinctu *Mo* istificato spiritu *A* 7. esset] etiam *Mo* 8. coepit] caepit *L* cepit *A* his] hiis *A* cognoscere] agnoscere *Mo* *post* veritatem *quae extabant perierunt; in L sequuntur verba* Nunc de *etc. p. 65, 7, in A Mo* Qui genas *etc. p. 68, 8 sq.*

V.

A.

PSEUDOPOLEMONIS CODICIS GOTHANI ARABICI VERSIO LATINA.

Vocabula quibus asteriscus appositus est coniectura continentur

PSEUDOPOLEMONIS CODICIS GOTHANI ARAB. A. 85 (CAT. ACCESS. 1757) PHYSIOGNOMONIA EX ARABICO IN LATINUM CONVERSA.

| In nomine Dei misericordis miserantis, quem pre- fol.23v
camur auxilium, et laus sit Deo domino mundorum. Deus fortunet dominum nostrum Muhammedum eiusque puram familiam.

Haec epistula (agit) de scientia physiognomoniae secundum Afîlâmûnem — Deus sanciat eius spiritum — et comprehendit capita:

I.

De signis frontis.

Dicit: qui frontem corrugat, iracundus* est. et cuius frons parva est, ignarus est. et cuius frons magna est, piger aut iracundus est. cuius frons multas rugas* habet, eius possessor superbus est. et si levis est, sine rugis*, litigiosus et calumniator* est.

Caput II.

De signis supracilii.

Multitudo capillorum in supracilio indicat possessorem multam curam et tristitiam et paucam loquelam habere. et si supracilium longum usque

9. Afîlâmûnem] *rasum correctum*

ad tempus* extensum est, possessor vanus et superbus est. cuius supracilium nasum versus deorsum et tempus versus sursum vergit, agrestis et stolidus est.

Caput III.

De signis coloris.

Si quis praecipue ruber et fulvus est, hoc multum sanguinis cum calore indicat. color qui inter album
24r et rubrum est aequitatem | animi significat, si cutis simul mollis* est. cuius color flammae ignis similis est, irritator* et insanus est. et cuius color leniter ruber est, verecundus* est. cuius color viridis niger est, maligni moris est.

Caput IV.

De signis capilli.

Mollis capillus timiditatem indicat; asper capillus fortitudinem significat. Multi capilli in spina dorsi fortitudinem significant; multi capilli in utroque umero et collo stultitiam et vehementiam* indicant. Multi capilli in ventre et pectore non multum acuminis indicant. Capillus qui in capite et toto corpore arrectus stat, stultitiam indicat.

Caput V.

De signis oculi.

Cuius oculus magnus est, piger est. Cuius uterque oculus prominet, ignarus et ineptus est. cuius oculi non nihil introrsum recedunt, eius animus nobilis

---

11. verecundus] *ms.* audax 18. vehementiam] calorem *?*

est; cuius oculi [prorsus] reclines sunt, hypocrita* est. cuius pupilla valde nigra est, timidus est. si oculus ruber est ut carbo candens, possessor eius furibundus et temerarius (in hostem) est. cuius oculi glauci vel albi coloris sunt, timidus est. cuius oculi umidi* sunt, impudens est. cuius | oculi colore 24v vini clari sunt, ignarus est. et cuius oculi fulvi et turbidi sunt, timidus est. oculus qui in glauco fulvum habet, vilitatem morum indicat; nam glaucum stupiditatem* et languorem significat, et fulvum timiditatem et pavorem indicat, et certo si utrumque convenit, mixtura rerum existit. multa puncta in oculo circa pupillam indicant possessorem malum esse. hoc autem si in glauco oculo est, malum plus est quam bonum. et glaucus oculus malum indicat. si pupilla circa est ut catella, hoc indicat possessorem invidum et ineptum, malum esse; cave igitur eum. nigra fulva pupilla indicat possessorem interfectorem et caedis cupidum esse. oculi fulvi fulgurantis et viridis, ut fîrûzeg*, possessores mali sunt. si cum hoc rubra vel alba puncta coniuncta sunt, possessor pessimus et ignavissimus homo est. qui oculum glaucum viridem habet, perfidus malus est. cuius oculi lucent et qui fulgurat, desiderio ardet. optimi oculi sunt cyanei, et scias leonem, regem ferarum, | et aquilam, 25r regem avium rapacium, oculos cyaneos habere. si cilium oculi nictans est vel reflexum, eius possessor mendax, deceptor, stultus est. vultus aegrotus i. e. cinaedicus similitudinem feminarum [significat]. cuius

---

6. umidi] *ms.* igniti 20. fîrûzeg] *i. e. Türkis*

oculi velociter et acriter moventur, qui acuti vultus est, fallax, callidus, calumniator* est. cuius oculorum motus tardus est, ac si fixus esset, multae cogitationis et dolositatis est. qui oculum frequenter* trementem habet, malus est, si parvus est; si vero magnus est, minus malitiae et plus stultitiae habet. oculus qui continuum obtutum habet, insaniam et stultitiam indicat. cuius oculus colore oculo caprarum similis est, ignorantiam significat. cuius vultus vultui feminarum similis est, salax et rudis* est. cuius vultus vultui puerorum similis est et in cuius vultu totaque facie risus et laetitia est, longae vitae est. cuius oculus oculo boum similis est, stultus est. si oculus tremebundus est, possessor languidus, piger et mulierum amans est. si oculus glaucus parvus, facile mobilis, multum circumspiciens est, 25v possessor vilissimus est. rubri crassi sursum | retorti oculi possessor ignarus est, vilis, iactans*. si pupilla prominet, dum reliquus oculus suo loco manet, eius possessor valde stultus est.

Caput [VI].

De signis nasi.

Cuius nasus extremus tenuis est, litigiosus, instabilis, levis est. qui nasum crassum plenum habet, pauci ingenii est. cuius nasus convexus simulque valde laxus* est, iracundus est. cuius summa pars nasi crassa est, paucum iusti sensum habet. cuius nasus frontem versus arcuari incipit, insolens est.

---

26. laxus] inflatus?

cuius nasus arcuatur, eius animus nobilis est, ut aquila. cuius nasus depressus est, dum frontem versus rotundus est, salax est ut gallus.

Caput [VII].

De signis oris, labii et dentium.

Qui latum os habet, audax est, fortis, scilicet leoni similis. qui labium crassum inferius demissum habet, rudis est animi et stultus. Cuius labium paucum colorem habet, facile aegrotans(?) est. cuius labia tenuia sunt, quae in loco ubi conveniunt, laxe dependent, ut aliquid labii superioris in inferius cadat, eius animus nobilis est, | ut leonis. cuius labium 26r crassum est et cuius superius supra inferius pendet, stultus est ut asinus vel simia. qui debiles dentes distantes habet, habet debilem constitutionem. cuius dentes canini longi et validi sunt, avidus et malus est.

Caput [VIII].

De signis faciei.

Si facies hominis faciei irati similis est, iracundus est, et secundum hoc metire. qui faciem carnosam habet, languidus et stultus est. qui genas carnosas habet, crassae naturae est. qui faciem macram habet, de rebus sollicitus est. cuius (facies) valde rotunda est, languidus, stultus et vilis animi est. cuius facies crassa est, languidus est. cuius facies parva est, vilis, hypocrita, adulator est. optima (facies) est

---

5. dentium] *ms.* linguae 19. irati] *videtur vox corrupta nomen bestiae, fortasse hyaenae continere*

media (inter magnam et parvam). qui foedam habet faciem, raro tantum pulchrorum morum est. [Ait (Muhammedus), supra quem salus!: „quaerite bonum apud eos qui pulchras facies habent“. nam mixtura (temperamentum) quae figuram et mores efficit, una est]. qui faciem longam habet, insolens est. qui plena tempora habet et venas colli inflatas, iracundus est.

Caput [IX].

De signis risus.

26v Qui multum ridet, est facilis*, | contemptor(?), non multum sollicitus de rebus. qui non multum ridet, est adversator, oblocutor, non contentus actionibus hominum. qui magnum ridet, impudens est et cavillator. qui in risu casu tussire et anhelare incipit, impudens est, cavillator, tumultuosus.

Caput [X].

De signis auris.

Cuius aures magnae sunt, stultus est et diu vivit.

Caput XI.

De signis colli.

Cuius collum crassum est, validus est et violentus; cuius collum gracile est, non multum animi habet. cuius collum crassum et plenum est, iracundus est. cuius collum aequa (media) magnitudine est, nec nimis magnum nec nimis crassum, eius animus nobilis est. cuius collum valde breve est, tam insidiosus est quam

---

11. contemptor] auxiliabundus?

lupus. cuius collum gracile et longum est, timidus est ut cervus.

Caput [XII].

De signis vocis, spiritus, sermonis.

Cuius vox crassa est et clara, fortis est et deceptor. cuius sermo magnus est, praeceps est et pauci ingenii; cuius vox summissa est, contrarius (illi) est. cuius respiratio longa est, vilis ambitionis est. cuius vox gravis est, ventre avido est. cuius vox per nares* exit, invidus est et malitiam celat. | qui pulchram habet 27r vocem, stultitiam, stupiditatem et paucam intellegentiam monstrat.

Caput [XIII].

De indicio figurae.

Multa caro dura crassitudinem sensus et intellegentiae indicat. caro mollis liberalem naturam et intellegentiam indicat. cuius corpus gracile* est et ossibus validis, praedae (venaticae) amans est. cuius loca* ventri contigua tenuia sunt, duplex* est, primum ut mas, deinde ut femina.

Caput [XIV].

De signis spinae dorsi.

Cuius spina dorsi aequa (media) magnitudine est, fortis animi est. cuius spina angusta et debilis est, debilis animi est. cuius latera plena sunt, ac si essent inflata, eius sermo multus et exilis est. in quo loca ab umbilico* usque ad pectus extremum maiora

---

17. gracile] *ms.* proportionale 19. loca] *ms.* ubera duplex] *ms.* debilis

sunt locis* quae a pectore collum versus iacent, vorax est, pauci sensus, quia ventris impletio intellectum absumit et agitatio patinarum escariarum eius magna est. cuius spiritus validus est, fortis est. qui debiles artus habet et sine carne est, pauci animi est.

Caput [XV].

De signis motuum.

Tardus motus stupiditatem indicat, celer instabili-
27v tatem; | temperatus est laudabilis.

Caput [XVI].

De signis ventris.

Tenuitas ventris bonitatem intellectus indicat; magnitudo ventris multum concubitum indicat. angustia et tenuitas costarum debilitatem cordis indicant.

Caput [XVII].

De signis dorsi.

Latitudo dorsi vehementiam, superbiam, iracundiam indicat. inflexio dorsi vilitatem* morum indicat; planum dorsum signum laudabile est. angustus umerus exiguum intellectum indicat. latus umerus affluentiam intellectus indicat. prominentia umeri summi stultitiam indicat.

Caput [XVIII].

De signis cubiti et umeri.

Si ambo bracchia tam longa sunt, ut manus genu attingat, nobilitatem animi, magnificentiam et amorem

18. vilitatem] *ms.* voluntatem 19. angustus] *ms.* tenuis

principatus indicat. si ambo bracchia valde brevia sunt, possessor malum diligit, praeterea timidus* est. manus mollis subtilis celerem scientiam et intellegentiam indicat. manus valde brevis stultitiam indicat; manus valde angusta maledicam linguam et fatuitatem indicat.

Caput [XIX].

De signis ilium, coxae, tibiae, pedis.

Constrictus* durus pes | possessorem vaniloquum 28r
et hilarem esse indicat. angustia calcis timiditatem indicat; crassitudo calcis strenuitatem indicat. cuius pes parvus et subtilis neque validus est, eius animus debilis est. qui deorsum curvatos et digitos pedis et ungues habet, audax est. cui duo pedis digiti cohaerent, timidus est. Crassitudo carnis in tibiis et genibus animum solutum et impudentem indicat. cuius tibia nervosa est, eius animus fortis est. cuius femur magnum et nervosum est, fortis est. cuius femur carnosum et plenum est, eius animus debilis est. qui paucam carnem in natibus suis habet, ac si eas prorsus detrivisset, eius mores viles sunt. cuius natium ossa acuta sunt, validus et heros est.

Caput [XX].

De physiognomonia quae cum mancipiorum emptione cohaeret.

Necessarium est primum ut color eius magna cum diligentia inquiratur. nam si color variatus est, morbum in hepate vel renibus vel ventre vel fistulas (haemorrhoides) indicat, e quibus multum sanguinem

profundit. deinde in loco lucido superficies corporis eius inquiratur, ne qua tenuis scabiei labes lateat, nam in
28v initio valde occulta est. | ubi enim tenuis albedo vel nigredo conspicitur, iam (scabies) confirmata est atque invaluit.

Caput [XXI].

De dinoscendis temperamentis.

Altitudo vocis calorem temperamenti indicat, lenitas frigus, celeritas sermonis calorem eundemque velocitas obtutus. et collum longum, frigida arteria (larynx), ronchans* et aspera vox siccitatem temperamenti indicat. magnitudo oculi et pulchritudo*, gravitas et prominentia umorem temperamenti indicat. oculus qui oculo Turcorum similis est, umorem temperamenti indicat. simus nasus, multa caro in genis, pauci capilli in maxillis umorem temperamenti indicant. haesitantia linguae umorem indicat. color variatus cum spasmo faciei et tumore cilii* inferioris debilitatem hepatis indicat. distantia, tenuitas et debilitas dentium* debilitatem corporis et brevitatem vitae indicat. brevitas digitorum et crassitudo* frigus et umorem significat. subtilitas talorum et pedum debilitatem conformationis et constitutionis et paucitatem caloris naturalis indicat.

Caput [XXII].

De signis impletionis.

29r Impletionem cavernarum significat rubor coloris, | ardor corporis, pandiculatio, oscitatio*, somnus, sanguis

20. dentium] *ms.* hominis 27. Impletionem — rubor] *ms.* Impletio cavernarum significat ruborem 28. oscitatio] *ms.* mystax

e naribus profluens, gravitas capitis, oculi, temporum, turbatio intellectus et sensuum et magnitudo ovorum. signa impletionis sunt defatigatio* virium, defectio cupiditatis, remissio, languor.

Signa dominationis sanguinis sunt dulcedo in ore, vesicae, furunculi, rubor et crassitudo urinae atque id plerumque in adulescentia et in cibis qui eum verno tempore* procreant.

Signa dominationis bilis: color fulvus, amaritudo oris, vis sitis, debilitas appetentiae cibi, proclivitas ad vomitum, siccitas linguae, album oculi flavescens, rubor urinae et tenuitas.

Signa dominationis melancholiae: ardor in ventre, appetentia cibi fallax, decoloratio coloris, nigredo et crassitudo sanguinis, nigredo urinae vel rubor cum decoloratione; et raro in albo pingui pilorum experti* corpore occurrit.

Signa dominationis phlegmatis: multa saliva glutinosa*, sitis exigua, alba urina, pigritia, stupor, frequens sternutatio, tarda concoctio.

Caput [XXIII].

De signis passuum.

Cuius passus breves et celeres sunt, praeproperus est, operam rebus dans, sed eas non perficiens.

Caput [XXIV].

De signis fortis. | 29v

Crassitudo capilli et asperitas, erectio staturae, soliditas ossium, partium extremarum et artuum,

firmitas cervicis, latitudo pectoris, angustia lumbi, capillus in fronte, nates detritae, longa utriusque umeri distantia, etiam levitas frontis.

Caput [XXV].

De signis timidi.

Mollities capilli, flexio staturae, fulvus color, debilitas oculi, intercapedo obtutus, subtilitas manuum et pedum, tristis obtutus.

Caput [XXVI].

De signis viri cordati bonae indolis.

Mollities, umor et paucitas carnis; neque crassus neque gracilis est neque faciei carnosae, sine carne in spina; color eius inter album et rubrum; color eius habet splendorem; est cute tenui; capillus eius non est abundans neque durus neque valde niger, et oculi eius sunt cyanei.

Sed Deus potissimum rectum scit; ad eum est reditus ac domum itio. Laus sit Deo soli et (dei) gratia Muhammedo et toti eius familiae!

B.

RASIS PHYSIOGNOMONIAE VERSIO LATINA A GERARDO CREMONENSI FACTA.

Conspectus siglorum in apparatu critico adhibitorum.

M = codex Monacensis lat. 35
M^2 = manus secunda correctrix in *M*
Ba = editio Basileensis versionis latinae Gerardi Cremonensis a. 1544.

ABUBECRI RASIS AD REGEM MANSOREM DE RE MEDICINA LIBER II TRANSLATUS EX ARABICO IN LATINUM A GERARDO CREMONENSI.

Cap. XXVI.

Significationes capillorum.

Capilli lenes timoris sunt significativi. crispi autem audaciam significant. in ventre etiam pilorum multitudo reperta luxuriosum demonstrat. super dorsum vero si multi fuerint pili, audacia indicabitur. sed si super spatulas et collum multitudo fuerit pilorum, dementia et obstinatio significabuntur. in ventre quoque et pectore pilorum multitudo reperta sapientiae innuit paucitatem. pili in capite vel in toto corpore stantes reperti timorem significant.

Cap. XXVII.

Significationes colorum.

Color rufus vel rubeus sanguinis et caloris innuit multitudinem. color vero inter rubeum et album medius aequalem significat complexionem, si cum hoc

---

6. Significationes] Significatio *Ba* 10. multi] multa *M* pili *om. M* indicabitur] iudicabitur *MBa* 12. significabuntur] significabitur *M* 17. Significationes] Significatio *Ba* colorum] coloris *M* 20. si] et si *M*

cutis a pilis nuda fuerit. cuius autem color est velut flamma ignis, irascibilis est et maniacus. cuius etiam color rubeus et clarus conspicitur, verecundus est. cuius praeterea color viridis apparet vel niger, irascibilis est.

Cap. XXVIII.

Significationes oculorum.

Cuius oculi sunt magni, piger est. cuius quoque oculi in profundo sunt, callidus est et deceptor. cuius oculi foris prominent, inverecundus est et loquax ac stolidus. quando autem oculi in corporis longitudine positi fuerint, callidum et deceptorem demonstrabunt. cuius vero pupillae multa participant nigredine, timidus est. cuius oculi in colore caprarum oculis similes existunt, stolidus est. cuius oculi cito mobiles sunt et acute cernentes, deceptor est et callidus atque latro. cuius oculi adeo sunt immobiles, ut quasi lapides sint, callidus est. cuius vero intuitus mulieris intuitui assimilatur, luxuriosus est et inverecundus. quando autem ita ac si puer esset intuetur atque tota eius facies et oculi quasi ridere videntur, laetus est et diuturna potietur vita. cuius autem oculi magni sunt et tremuli, homo piger est et spaci-

---

1. *inter* cuius *et* autem *supra lineam* quidem *M* 2. irascibilis] instabilis *Ba* maniacus] maniacus est *M* 7. Significationes] Significatio *Ba* 8. sunt *om. M* 9. sunt *om. M* callidus — deceptor] calidus est atque impostor *Ba* 12. callidum] calidum *Ba* 14. oculi] occuli *M* 15. oculis *om. M* stolidus] stollidus *M* 16. callidus] calidus *Ba* 18. sint] sunt *M* callidus] calidus *Ba* 19. mulieris intuitui] mulieris intuitu *Ba* intuitu multis *M* 21. quasi *om. M* ridere videntur] videre ridentur *M* 22. cuius autem] Cum *Ba*

osus et amator mulierum. cuius oculi parvi sunt et tremuli ac varii, valde est inverecundus et mulierum amator. cuius oculi in rubore prunae assimilantur, homo pessimus est et obstinatus. pupilla si est nigra, pigrum portendit et hebetem. oculi varii suo colori citrinitatem habentes admixtam, qui quasi croco tincti esse videntur, pessimos significant mores. maculae multae circa pupillam in oculo apparentes malum significant hominem. quod si cum his etiam oculus fuerit varius, erit deterius. oculi si parvi fuerint et foris prominentes, ut oculi cancri, stultitiam significabunt et stoliditatem et suas sequentem cupiditates. cum oculi fuerint parvi et multum mobiles, palpebrae quoque frequenter palpitantes, hominem significabunt pessimum. pupillae in quarum circuitu margaritae apparet similitudo, hominem demonstrant invidum et verbosum et timidum et pessimum. oculi qui sunt vaccarum oculis similes amentiam portendunt. cum pupilla nigra existens talem habet citrinitatem, ex qua quasi deaurata apparet, hominem malum, homicidam, sanguinem fundentem declarat. oculi sursum tendentes sicut oculi boum qui etiam cum hoc rubei videntur

---

periti
1. parvi] parvi *M* 6. admixtam] ammixtam *Ba* 7. significant] significat *M* 8. oculo] occulo *M* 9. etiam oculus] oculus etiam *Ba* 10. et foris prominentes *bis M* 11. foris] foras *Ba* significabunt] significant *Ba* 12. stoliditatem] stolliditatem *M* 13. cum] Quum *Ba* 14. significabunt] significant *M* 15. quarum — 16 similitudo] quorum similitudo circuitu mãginis apparet *M* 16. demonstrant] demonstrat *M* 18. oculis similes] similes oculis *M* portendunt] protendunt *Ba* 19. pupilla *om. M*, puppilla *in marg. add.* M^2 talem habet citrinitatem] habet citrinitatem talem *M* 22. etiam] et *Ba*

et maximi, hominem pessimum, stolidum atque stultum et ebriosum significant. oculi autem meliores esse dicuntur, qui inter nigrùm et varium medii sunt, si cum hoc nec multum sint radiosi nec rubedo vel citrinitas apparet. oculi enim isti bonam demonstrant naturam. oculi varii cum citrinitate radiantes aut ut color lapidis fisuret virides hominem significant malum. praeterea homines cum hoc habentes in oculis maculas rubeas ut sanguis aut albas omnibus hominibus sunt deteriores et magis deceptores. qui autem pupillam foris prominentem cum totius oculi substantiae latitudine habet, est amens. cum oculi profundi fuerint et parvi, callidum et deceptorem et invidum indicabunt. et quando pili palpebrarum curvantur inferius vel ad unam naturaliter partem torquentur, significant mendacem et stolidum et stultum. homo habens oculos valde tremulos malus est. cum oculi fuerint parvi, homo erit malus et stultus. oculus vero si fuerit magnus, minor erit malitia et stultitia maior. qui oculos habet varios et virides, malus est et latro. oculi quorum palpebrae cum magna palpitant frequentia, hominem timorosum et maniacum declarant.

---

1. stolidum] stollidum *M* 2. autem *om. M* 3. sunt] sint *M* 4. nec *(alt.)*] neque *Ba* 7. ut *om. M* fisuret] sissure *M* 9. rubeas] multas *M* 12. latitudine] latitudinem *M* cum] cuius *M* 13. callidum] calidum *Ba* callidus *M* deceptorem] deceptor est *M* 14. curvantur] continuantur curvantur *M* 16. significant mendacem] mendacem significant *Ba* stolidum] stollidum *M* calidum *Ba* 17. cum] Quum *Ba* 20. varios et virides] virides vel varios *M* 21. quorum] quoque *M* palpitant] palpitatione *M* 22. frequentia] frequenter *M*

Cap. XXIX.

Significationes superciliorum.

Qui in superciliis pilorum habet multitudinem, multarum est cogitationum et multae tristitiae atque eius loquela fœda est et crassa. cuius supercilia longa sunt, arrogans est et inverecundus. cuius supercilia inferius descendunt a parte naris et superius elevantur a parte timporis, inverecundus est et hebes.

Cap. XXX.

Significationes narium.

Cuius narium extremitas est subtilis, homo est diligens lites. cuius nares magnae sunt et crassae, paucae sapientiae homo est. cuius narium extremitas longa est et subtilis, festinus est et stultus atque levis. cuius nares latae sunt, luxuriosus est. cuius narium foramina valde sunt aperta, irascibilis est.

Cap. XXXI.

Significationes frontis.

Cuius frons plana est rugas non habens, litigiosus est et commovens rixas. cuius frons est rugosa ad medium sui declinans, irascibilis est. qui parvam

---

2. Significationes] De significationibus *Ba* 5. foeda] fetida *M* crassa] crossa *M* cuius supercilia *om. M* 6. longa — inverecundus *om. M, in marg. add. M²* arrogans] arrogatus *M² Ba* est *om. Ba* 8. elevantur] ellevantur *M* timporis] temporis *Ba* 10. Significationes narium] Significatio quae sumitur a narium forma *Ba* 12. cuius — sunt *om. M* et — 14 atque levis *om. M, in marg. add. M²* crassae] crosse *M²* 14. est *(pr.) om. M²* 15. levis] lenis *M²* latae] magne *M,* late *suprapos. M²* 21. medium] media *M*

habet frontem, stolidus est. qui vero magnam habet frontem, est piger. cuius frons vehementer est rugosa, inverecundus est.

Cap. XXXII.

Significationes oris, labiorum et dentium.

Qui magnum habet os, gulosus est et audax. cuius magna sunt labia, stultus intelligitur et hebes. cuius labia non sunt bene tincta, aegrotans est. cuius dentes debiles sunt et rari et minuti, totum eius corpus est debile. cuius canini longi sunt et firmi, gulosus est et malus.

Cap. XXXIII.

Significationes faciei et formae.

Cuius facies hominis ebriosi faciei assimilatur, ebriosus est. iracundo vero cum assimilatur, irascibilis est. cum autem verecundo invenitur similis, verecundus est. cuius facies carnosa est, piger est et stultus. cuius maxillarum caro crassa est, crassae est naturae. qui subtilem habet faciem, multarum est cogitationum. cuius facies vehementer rotunda est, stultus existit. cuius facies est permaxima, piger est. cuius facies est valde parva, malus est et calidus et adulator. cuius facies est deformis, mores habere bonos non potest nisi raro. cuius facies est longa,

---

1. stolidus] stollidus *M* 7. hebes] ebes *M* 8. sunt bene] bene sunt *Ba* 16. cum — 17 verecundus est *om. M, in marg. add. M²* 18. crassa] grossa *M* crassae] crossae *M* 23. adulator] adulterator est *M* habere — 24 potest] non potest habere bonos *M*

inverecundus est. qui timpora habet inflata et venas et arterias crassas, irascibilis est.

Cap. XXXIV.

Significationes aurium.

Cuius aures magnae sunt, stolidus est et longae vitae.

Cap. XXXV.

Significationes vocis et anhelitus et loquelae.

Cuius vox est valde crassa et alta, audax est. cuius loquela est velox, festinus est et parvi intellectus. cuius loquela cum quadam festinatione velox est, festinus est, irascibilis et malorum morum. cuius anhelitus longus est, vilis est. qui vocem habet gravem, sui ventris serviens est. cuius vox est aspera, invidus est et malum in corde tenet occultatum. bonitas vocis stultitiam et paucam demonstrat sapientiam.

Cap. XXXVI.

Significationes carnium.

Carnes multae et durae crassum declarant sensum et intellectum. carnes vero lenes bonam naturam significant et intelligentiam.

---

1. timpora] tempora *Ba* 2. et arterias] arteriatas *Ba* crassas] °cssas *M* 4. Significationes] Signa *M* aurium] auricule *M* 8. Significationes] Signa *M* vocis] vocs *Ba* velocis *M* et *om. M* anhelitus] hanelitus *M* 9. est — alta] crossa est et alta *M* 12. *supra* irascibilis *pos.* est M^2 anhelitus] hanelitus *M* 14. ventris] ventri *Ba* 15. est *om. M* tenet] tenet et *M* 19. crassum] °cssum *M* sensum et intellectum] intellectum et sensum *M*

Cap. XXXVII.

Significationes risus.

Qui multum ridens est, benignus et omnibus est conveniens neque pro rebus aliquibus sollicitus est. qui vero parum ridet, huic contrarius est. displicent enim ei omnia hominum facta. qui alta ridet voce, inverecundus est. qui autem cum ridet tussit aut inspirandi difficultatem patitur, inverecundus est et tyrannus.

Cap. XXXVIII.

Significationes motuum.

Motus tardus significat hebetudinem. motus festinus levitatem designat.

Cap. XXXIX.

Significationes colli.

Qui collum habet curtum, callidus est et ingeniosus. cuius collum est longum et gracile, stolidus est et garrulus atque timidus. qui crassum habet collum durum ac forte, iracundus est et festinus.

---

2. Significationes] Signa *M* 4. aliquibus *bis M* 5. huic] huius *M* 6. hominum facta] facta hominum *M* 8. est *inser. M (m¹, ut videtur)* 9. tyrannus] tyrannus est *M* 11. Significationes] Signa *M* 12. hebetudinem] ebitudinem *M* 13. levitatem] lenitatem sevitatem *M, sed tria puncta sub evi a M² addita esse videntur* 15. Significationes] Signa *M* 16. curtum] cortum *M* callidus] calidus *Ba* 17. stolidus] stollidus *M* 18. crassum] c°ssum *M* 19. ac] et *M*

Cap. XL.

Significationes costarum.

Costarum fortitudo et super ipsas carnium multitudo stoliditatem declarat. corporis subtilitas multam significat astutiam. ventris magnitudo libidinis declarat nimietatem. costarum gracilitas atque earundem subtilitas cordis innuit debilitatem.

Cap. XLI.

Significationes dorsi.

Dorsi amplitudo fortitudinem declarat et arrogantiam atque irae vehementiam. dorsi vero curvitas morum innuit malitiam. aequalitas dorsi bonum est signum.

Cap. XLII.

Significationes spatularum.

Spatula subtilis sensus ostendit paucitatem. spatula lata bonum indicat intellectum. capitis spatulae elevatio valde elongata stultitiam significat.

Cap. XLIII.

Significationes brachiorum.

Cum brachia adeo fuerint elongata, ut manus ad genua attingant, subtilitatem animae et arrogantiam

---

2. Significationes] Signa *M* costarum] ventris *M* 4. stoliditatem] stolliditatem *M* declarat] declarant *M* 6. atque] ac *M* 9. Significationes] Signa *M* 15. Significationes] De significationibus *Ba* Signa *M* 18. stultitiam] stulciam *M* 20. Significationes] Signa *M* 21. Cum] Quum *Ba* 22. genua] genu *Ba* subtilitatem] subtilitas est *M*

ac regendi designant cupiditatem. cum brachia multum curta sunt, hominem timidum et malitiae amatorem significant.

Cap. XLIV.

Significationes volarum manuum.

Manus leves et subtiles sapientiam multam et bonum designant intellectum. manus valde curtae stultitiam significant. manus graciles et multum longae tyrannidem declarant atque stultitiam.

Cap. XLV.

Significationes ancharum, coxarum et pedum.

Pedes in quibus carnis est multitudo atque ipsius duricies, mali intellectus hominem portendunt. pedes parvi et pulchri hominem fornicatorem et iocosum innuunt. cum calcaneum est gracile, timorem significat. crassum vero et forte cum fuerit, fortitudinem indicabit. cum cavillae utrinque atque crura crassa fuerint, hebetem et inverecundum demonstrabunt. coxae cum exterius multas habent carnes, fortitudinis imbecillitatem atque laxitatem declarant. quando coxarum ossa foris prominuerint, audaciam significabunt. ancharum quoque ossa cum exterius ten-

---

1. ac] atque *M* 2. sunt] fuerint *M* 5. Significationes] Significationum *Ba* Signa *M* 6. leves] lenes *M* 7. designant] significant *M* 11. Significationes] Signa *M* ancharum] ilium *Ba* coxarum] et coxarum *M* et pedum *om. M* 14. iocosum] iocundum *Ba* 15. innuunt] innuit *Ba* cum] Quum *Ba* timorem] amorem *M* 16. crassum] crossum *M* 17. cum] Quum *Ba* crassa] ossa *M* 18. hebetem] ebetem *M* 20. atque laxitatem *om. M* 22. ancharum] Ilium *Ba*

duntur, fortitudinis demonstrant multitudinem et virilitatem. ancharum gracilitas mulierum significat amatorem et corporis debilitatem atque timorem.

Cap. XLVI.

Significationes passuum.

Cuius passus ampli sunt et tardi, spaciosus est. cuius passus veloces sunt et breves, festinus est et pro rebus quibuslibet valde sollicitus, quas tamen disponere ignorat.

Cap. XLVII.

Signa audacis.

Audax est, cuius capilli sunt fortes et asperi et statura ipsius erecta est, ossa quoque fortia et extrema atque costae, nec non et iuncturae fortitudinem habentes et magnae. pectus praeterea magnum et venter magnus ac spatulae magnae, collum quoque forte et crassum, in quo carnis non sit multitudo. est etiam thorax latus et coxae absconditae atque lacertus qui in pulpis cruris ab interiori invenitur, inferius descendit. cutis etiam eius atque carnes siccitatis sunt maioris, frons quoque eius venas habens et rugis carens nec est sine pilis. sunt praeterea audaciae signa carnium aequalitas et staturae erectio

---

2. ancharum] ilium *Ba* 5. Significationes] Signa *M* 6. Cuius passus] Passus cum *M* 11. Signa] Significationes *Ba* audacis] audaciae *Ba* 13. est *om. Ba* 15. pectus — 16 magnae *om. M, in marg. add. M*^{2} 16. collum] et collum *M* 17. crassum] c^{o}ssum *M* 18. thorax] torax *M* 20. atque] et *Ba* 21. maioris] addicoīs *M* 22. et] nec? rugis carens] rugas habens *M*

ac iuncturarum et digitorum fortitudo et ventris gracilitas et quod eius nates parvae vel omnino videntur deletae et quod utrasque spatulas magnum distinguit spacium et quod supercilia sunt erecta et frons non est rugosa. ipse quoque est valde iracundus et semper iram conservans, et est etiam in pectore pilosus et spatulis.

Cap. XLVIII.

Signa timidi.

Timidus est, cuius capilli sunt plani et statura curva et musculi cruris interiores sursum ascendunt, color citrinus et oculi debiles et frequenter palpitantes, manus quoque et pedes subtiles et macri. intuitus vero eius intuitui tristis similis est.

Cap. XLIX.

Signa hominis boni intellectus et bonae naturae.

Huius signa sunt, quod carnes sunt lenes et molles et paucae, medius inter crassum existens et macrum, non multas in facie habens carnes, et ipsius spatulae sunt elevatae, cuius dorsum carnes non habet, et eius color inter rubeum et album est medius et tener et lucidus atque clarus. cutis praeterea est subtilis.

---

2. nates] nares *M* 3. deletae] delere *M* 6. conservans] conservans est. *M* et *om. Ba* 7. *supra* spatulis *inser.* in *M* 9. Signa] Significationes hominis *Ba* 12. palpitantes] palpantes *M* 14. intuitus] Intuitu *M* vero eius] eius vero *M* 16. Signa] Significationes *Ba* et bonae naturae *om. M* 18. medius] medium *M* 19. in facie habens] habens in facie *Ba* 21. est medius *om. M, in marg. add.* M^2 et lucidus] est lucidus *M*

capilli etiam non sunt multi et duri nec multum nigri. cuius oculi sunt inter varios et nigros medii, sunt etiam molles.

Cap. L.

Signa corporis habentis bonam naturam.

Huius signa sunt, quod inter longum et curtum, crassum atque macrum medium invenitur et est album paucam habens admixtam rubedinem. manus quoque et pedes inter magnos et parvos atque inter multas habentes carnes et paucas medii existunt. caput praeterea corporis magnitudini est proportionale; in cuius collo pauca extat crassities. capilli quoque eius inter lenes medii et asperos rubedini parumper vicinantur. facies quoque eius rotunda et nares erectae et perpulchrae et in magnitudine aequales. oculi etiam sunt inter nigros et varios medii, in quibus humiditas existit et claritas.

Cap. LI.

Signa hominis philosophi.

Huius signa sunt, quod eius statura est erecta. carnis quoque tenet aequalitatem et est albus parvam habens rubedinem admixtam. capilli eius inter multos

---

1. etiam] vero *M* 5. Signa] Significationes *Ba in M titulus demum post verba* invenitur et est *extat* habentis] habens *M* 7. album] albus *M* 8. admixtam] ammixtam *Ba* augmentatam *M* 11. magnitudini est proportionale] magnitudinem proportionalem *M* 12. extat] existit *M* crassities] crossicies *M* 13. parumper vicinantur] parum perveniantur *M* 14. facies quoque] faciesque *M* nares] nares eius *M* 17. existit] existat *M* claritas] caliditas *M* 19. Signa] Significationes *Ba* 22. admixtam] ammixtam *Ba*

et paucos et planos et crispos sunt medii et inter nigros et rubeos. manus quoque sunt planae digitos habentes divisos. frons etiam est magna et oculi inter varios et nigros sunt medii, molles quoque sunt, et quod eius intuitus ridenti vel gaudenti similis invenitur.

Cap. LII.

Signa hominis qui est crassae naturae.

Huius signa sunt, vel quod est multum albus vel multum niger vel fuscus, venter quoque est magnus et digiti curti et facies valde rotunda atque in maxillis carnis multitudo. de suis praeterea significationibus est, quod in collo et pedibus et in eo quod est inter ea multa existit carnositas. venter quoque cum rotunditate foris prominet, et quod eius spatulae sursum sunt elevatae et frons in rotunditate pilae similitudinem, ac si esset gibbosa, tenet, multas habens carnes. mandibulae etiam eius magnae et crura longa, est etiam longa facies et collum crassum.

Cap. LIII.

Signa inverecundi.

Inverecundus est, cuius oculi multum sunt aperti et foris prominentes et acute intuentes; eius quoque

---

1. inter *om. M* 2. manus] Et manus *M* 3. habentes] habens *M* divisos] duros *M* 8. Signa] Significationes *Ba* crassae] crosse *M* 9. Huius] Cuius *M* signa] figura *Ba* 10. niger] primus *M* 13. in *(alt.)*] cum *M* 14. ea *om. M* 18. etiam] autem *M* 19. est etiam longa] longa ē et est longa *M* etiam *om. M* crassum] crossum *M* 21. Signa] Significationes hominis *Ba* 22. aperti] apti *M* 23. acute] acutae *Ba*

palpebrae crassae, statura autem eius non multum longa. cum vero incedit, pectus parumper anterius tendit. cuius praeterea spatulae elevatae sunt, motus festinus, color vero rufus, multum habens sanguinem, facies rotunda, thorax parumper gibbosus. de suis insuper significationibus est, quod oculi multum aperiuntur et sunt acute intuentes. est etiam multum loquax.

Cap. LIV.

Signa hominis malorum morum.

Huius signa sunt facies foeda colorem cum quadam obscuritate rubeum habens, cutis faciei sicca, totius corporis macies, rugosa facies ac capillorum nigredo et lenitas.

Cap. LV.

Signa luxuriosi.

Huius signa sunt albedo coloris rubedinem habens admixtam, capillorum etiam multitudo et crassities, lenitas atque nigredo, praeterea quod super timpora multos habet capillos et quod eius oculi sunt crassi.

---

1. crassae] crosse *M* 2. cum] Quum *Ba* vero] verum *M* parumper] paurumper *M* 4. rufus] ruffus *Ba* 5. thorax] torax *M* parumper] paurumper *M* 7. acute] acutae *Ba* est] et est *M* 10. Signa] Significationes *Ba* morum] humerum vel morum *M* al' signa iracundi *in marg. M* 11. Huius] Cuius *M* 16. Signa luxuriosi] Significationes hominis luxuriosi *Ba* 17. Huius — coloris] Cuius signum est caloris albedo *M* rubedinem] et rubedinem *Ba* 18. admixtam] ammixtam *Ba* crassities] crossities *M* 19. timpora] tympora *M* tempora *Ba* 20. habet] habeat *M* capillos] pilos *M* crassi] crossi *M*

Cap. LVI.

Signa feminae.

In omnibus animalium generibus feminae magis mortuum habent animum minusque sunt patientes et citius converti possunt citiusque irascuntur et velocius sedantur maiorisque sunt calliditatis. sunt praeterea praecipites et inverecundae. caput etiam habent parvum et faciem et collum subtilia, pectus quoque et spatulas habent magis angusta atque costas minores. coxas vero utrinque habent crassas et nates similiter. earum insuper crura gracilia sunt, manus autem et pedes tenues. quae in omnibus animalium, ut praedictum est, generibus masculis et timidiores et deterius inveniuntur morigeratae.

Cap. LVII.

Signa eunuchi.

Eunuchus malorum est morum. est enim stultus et cupidus et praesumptuosus. qui autem castratus non fuit, sed sine testiculis natus vel parvissimos habens eunuchus apparet, cui videlicet barba nunquam nascitur, deterior est.

---

2. Signa feminae] Significationes foemineae *Ba* 3. feminae *om. M, inser. M*^{2} foeminae *Ba* magis mortuum] *num* magis timidae sunt et deterius morigeratum? *cf. l. 12 sq.* 5. citiusque] citius *M*, que *add. M*^{2} 6. maiorisque] minorisque *M* calliditatis] caliditatis *MBa* 7. caput] capud *M* 10. crassas] crossas *M* similiter. earum insuper] similiter eorum. Insuper *M* 12. animalium] animalibus *M* 14. morigeratae] morierate *M* 16. Signa] Significationes *Ba* De signis *M* eunuchi] eunuchorum *M* 17. enim] etiam *M* stultus] stultus. est *M* 18. autem *om. M* 20. eunuchus] enuchus *M*

Cap. LVIII.

De summa eorum quae in consideratione phisonomiae sunt necessaria.

Oportet ut cum iudicare volueris, non unam tantum attendas intentionem, sed in quantum vales ad ipsarum intendas aggregationem et si quando significationum acciderit contrarietas, ipsarum virtutes et testimonia metiaris. deinde ad fortiores ipsarum declina et earum iudica testimonio et similiter quando plures sunt. praeterea scire debes, quod faciei significatio et praecipue oculorum omnibus aliis significationibus in fortitudine et firmitudine praeiudicat.

---

2. De summa eorum] Signa *M* phisonomiae] physionomiae *Ba* 4. ut *om. M* tantum *om. M* 5. ad] et *M* 8. earum] eorum *M* 9. testimonio] testimonia *M* quando] quae *Ba* 12. praeiudicat] praeiudicant. ≈ Completus est tractatus secundus auxilio dei, cui gratie sint infinite. *M*

Digitized by Google

C.

PHYSIOGNOMONIAE SECRETI SECRETORUM PSEUDARISTOTELICI VERSIONES LATINAE.

Conspectus siglorum in apparatu critico adhibitorum.

1. in recensione primaria (= S.)

1 = codex Gothanus arab. 1870
2 = codex Gothanus arab. 1871
3 = codex Gothanus arab. 1869

2. in Philippi Tripolitani versione (= Ph.)

L = codex Laurentianus XV sin. 9
M = codex Laurentianus LXXXIII, 2
B = codex Berolinensis lat. qu. 70
C = codex Chisianus *H* VII, 238
o = consensus codicum *LMBC*

3. in recensione secundaria (= s.)

c = codex Berolinensis Sprengerianus 943
h = codex versionis hebraicae Steinschneiderianus.

SECRETI SECRETORUM PSEUDARISTOTELICI DE PHYSIOGNOMONIA CAPUT.

S.

§ 1. E rerum summa quarum scientiae non indigeas, est cognitio eius quod concipit anima per signum apparens, quando abstracta est a desideriis et liberata a rebus abiectis, et haec

4. *Haec paragraphus excepto fine p. 191, 4 sq. (vide notam) in 1 deest* 7. est] o Alexander, est *3* 9. per signum apparens] sciens, apparens *2*

Ph.

Et inter ceteras res est illa quam te non oportet ignorare, scilicet cognitio quam investigat et cognoscit anima tua per signum nobile, cum abstracta fuerit a desideriis et concupiscentiis

5. est illa] illa est *B* illam *C* illa *L* est alia *M* 7. scilicet] videlicet *M* 8. quam] qua *BC* investigat] investiget *M* 9. cognoscit] cognoscat *L* 10. tua *om. M* 12. cum] cum sive *B* sive *C* abstracta fuerit] fuerit abstracta *M* abstrata fuerit *L* 14. concupiscentiis] concuspicentiis *L*

s.

Scias physiognomoniam esse unam e scientiis subtilibus et speculativis et intellectualibus, quas novisse et intellegere te decet, quia hominum multum indiges, ut iis utaris.

4. Scias — 6 unam] Cum physiognomonia sit una *c* 10. quas] atque unam ex iis quas *h*

S.

pars cognoscitur per cogitationem, et quando anima est dominans corpori et praeponderans ei et nihil intercessit inter materiam luminatam quae est in corde et inter materiam animalem quae est in cerebro, et purum [i. e. defaecatum] est ingenium ab impuro, et inversum est ad inquirendum, quid fuerit [vel sit] ars hariolandi, quae iam in-

6. *enuntiatio* et — 12 cerebro *in 2 corrupta* 16. inversum] inversione *3*

Ph.

et cum fuerit liberata a nocivis, et haec divisio cognoscitur cogitatu. cum itaque fuerit anima superans et dominans corpori et ei praeponderans et virtus flammea existens in corde non desinat inter ipsam et virtutem animalem existentem in cerebro, tunc sublimatur et augmentatur et declaratur intellectus supra mensuram. unde si

3. divisio] omnino *LB* 4. cognoscitur] cognoscuntur a *B* 8. et *om. M* ei praeponderans] praeponderans ei *B* 10. flammea] flaminea *C* 12. desinat] designat *C* 17. augmentatur] augmentabitur *BC* et declaratur *om. B* 19. supra] secundum *BCM om. L*

s.

hoc igitur capite tibi constituam argumenta physiognomoniae, quatenus eorum cognitio tempore praeterito apparuit et eius experientia diebus praeteritis comprobata est, deo volente.

S.

venitur in quodam docto vera [=vera facta?], quoad praedicitur miraculis occultis sine origine [= quorum origo occulta est?]; et circulatio [reversio] huius est etiam secundum ascendentem coniunctionis [stellarum] qui [quae?] incidit [?] in hanc virtutem generatam: sicut te oportet quaerere cum pulchritudine naturae scientiam physiognomoniae, et est

15. in — 16 generatam] haec virtus generata *2*

Ph.

quis quaerat causam prophetarum qui probati sunt in hoc mundo purissimi intellectus et verae visionis, cum miraculis innativis prae ceteris ex praedictis provenit. accidit etiam hoc ex constellatione geneseos mutantis hanc virtutem generativam: sicut te oportet quaerere signa et vestigia cum pulchritudine naturae, scilicet scientiam phisonomiae,

3. qui *om. M* 4. in hoc mundo *om. M* 11. hoc *om. M* 12. geneseos] geneos *L C* 13. mutantis] imitantis *o* 14. generativam] generatam *M* 19. naturae] dierum tuae naturae *M* 20. scientiam] scientia *L M C*

s.

S.

scientia magna, et [iam] diebus antiquissimis ea usi sunt antiqui et gloriati sunt in pulchritudine naturae in hac scientia et attributus est ad veritatem eius ex antiquis Aclimas auctor physiognomoniae et demonstravit compositionem hominis e moribus animae suae. et occurrit de eo narratio pulchra

7. scientia] scientia. et est scientia vera et nisi esset longitudo [rei], indicavissem tibi causam quae veritatem eius et eorum qui eam possident necessariam reddit *3*

Ph.

quae est scientia magna, et per longitudinem dierum usi sunt antiqui hac scientia et gloriati sunt in inquisitione pulchritudinis naturae in hac scientia. cuius perfectio attribuitur de numero antiquorum Philimoni summo doctori et magistro phisonomiae. et revera investigabat ex compositione hominis

1. quae] et quae *M* 5. et — 9 scientia *om. C* 6. in *om. M* 7. inquisitione] inquisione *L* 9. in hac scientia] per hanc scientiam *M* 11. de] ex *C* 13. Philimoni] Philomeni *B* Phisonomi *M* 16. investigabat] investigabit *M* 17. ex compositione] expositionem *M*

s.

S.

mirabilis, quam referam, ut eam cognoscas.

Et hoc [est], quod discipuli excellentis Hippocratis formaverunt [= depinxerunt] formam Hippocratis in pergameno, deinde portaverunt eam Aclimae et dixerunt: considera

3. cognoscas] cognoscas, si deus excelsus voluerit *2*

Ph.

qualitates et naturas animae eius. et occurrit in ipso historia pulcra et extranea; constitue te super eam, ut intelligas.

Discipuli siquidem Ypocratis sapientis depinxerunt formam eius in pergameno et portaverunt eam Philimoni dicentes: considera hanc figuram et indica nobis qualitates et com-

1. qualitates] et qualitates *M* 2. animae *om. M* 3. occurrit] currit *L C* erunt *M* cetera *B* ipso] ipsa *o* 8. siquidem] quidem *M* *om. B* 10. depinxerunt] depinserunt *M* 12. pergameno] pergamenis *M* 14. Philimoni] Philomini *L C* Philomeni *B* phisonomi *M* 18. complexiones eius] eius complexiones *M*

s.

S.

hanc figuram et iudica nobis de moribus eius. et inspexit compositionem eius et coniunctionem partium eius cum partibus [=unius cum altera], deinde dixit: hic [est] vir fraudulentus, deceptor, amans coitum. et voluerunt interficere eum et dixerunt: o stulte, haec est figura excellentissimi [ho-

7. partium] membrorum *3* 17. excellentissimi—p. 189, 5 figura *om. 3*

Ph.

plexiones eius. qui respiciens compositionem et dispositionem figurae comparavit partes eius ad partes dicens: iste homo luxuriosus est, deceptor, amans coitum. ob quam rem voluerunt eum interficere dicentes: o stulte, haec est figura dignioris et melioris hominis, qui sit in hoc mundo: haec est figura Ypo-

2. respiciens] respexit *M* 4. figurae] figurae et *M* 6. eius ad] ad eius *L* 8. luxuriosus est] est luxuriosus *M* 10. quam rem] hanc causam *M* 14. dignioris et melioris] melioris et dignioris *B M* 17. hoc *om. C* haec est figura Ypocratis *in o post* et correxit dicens *(p. 189, 3) leguntur* 18. Ypocratis *om. L C*

s.

5

10

15

S.

minum] qui [sint] in terra et abstinentissimi eorum et nobilissimi eorum, haec est figura excellentis Hippocratis. et dixit iis: sane quaesivistis a me scientiam meam et indicavi vobis. quando pervenerunt ad Hippocratem et narraverunt ei quod artificiose fecerant et quod dixerat [Aclimas], dixit

Ph.

cratis. Philimon autem pacificavit eos et correxit dicens: quod quaesivistis a me de mea scientia, hanc ostendi vobis et quod inde sentio secundum ipsam. quando ergo pervenerunt ad Ypocratem, dixerunt ei quid fecerunt et quid respondit eis Philimon et iudicium eius. quibus dixit Ypocras: certe verum dixit

s.

---

